



# JUS PUBLICUM ECCL ESIATICUM

---

## CAPUT I.

*De Ecclesia.*

§. I.

*Ecclesiæ notio.*

**D**e publico jure ecclesiastico eatenus hōc loco dissērimus, quatenus illud singularem cum jure naturæ & gentium hucusque explanato nexum habet.

Juris hujus ecclesiastici exordium ducendum esse ab ipsa notione veræ ecclesiæ meritò resolvimus; quia ex hac notione debitè haustâ & institutâ principalia disfluunt causæ præsentis consecaria.

Dum itaque genuinam veræ ecclesiæ notionem investigaturi sumus atque tradituri, ingratos illos degeneresque ecclesiæ filios audire nolumus, qui per baptismā quidem

**e**cclesiæ ingressi sunt januam, & in ætate te-  
neriore lacte hujus pientissimæ matris enu-  
triti fuere, sequiore autem tempore incre-  
duli facti sunt & infideles; infideles, inquam;  
ipsis etiam paganis deteriores, & perfidi;  
sanctæ matris ecclesiæ persecutores; de qui-  
bus aptè intelligi potest illud apud Isaiam  
**Cap. I. v. 2.** “Audite cœli, & auribus per-  
cipe terra, quoniam Dominus locutus est:  
“ filios enutrivi & exaltavi; ipsi autem spre-  
“ verunt me „.

Audire etiam hac in causa non possu-  
mus illos, qui doctrinam quidem revelatam  
admittentes, adtamen infallibilem controver-  
siarum in rebus fidei judicem aversantes;  
sacram Hierarchiam, unâ cùm sacra juris-  
dictione inficiantur, frivole & impiè dicti-  
rantes, spirituale imperium nullum esse in  
ecclesia Dei. Sanè, cùm apostolus act. 20.  
v. 28. dicat: “Adtendite vobis, & universo  
“ gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit  
“ Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam ac-  
“ quisivit sanguine suo, „ manifestum est;  
quòd sacrum istud regimen sine sacra po-  
testate seu jurisdictione exerceri nequeat,  
adeoque in Ecclesia sacrum vigere imperium;  
insuper & hierarchiam sacram: id quod fide-  
salvâ nemo negaverit.

Sed neque dextram cum illis jungimus  
qui sacram quidem in Ecclesia jurisdictionem  
admirant, verumtamen eam ad supremum  
ali-

aliquid visibile caput Ecclesiæ extendere rennunt; perperam contendendo, Christi in terris vicario primatum quidem honoris, non autem propriæ jurisdictionis in omnes omnino Ecclesiæ filios competere: hi namque Ecclesiæ unitatem scindunt, & sic à vera ejus notione recedunt.

Profectò, si modernorum novatorum speciosas, quas de Ecclesia tradunt, definitiones inspiciamus, oppido liquet, quod subdole non minus, quam studiosè, sub vario, adtamen semper inani praetextu, imperium summi pontificis omiserint; eodem ferme modo, quo id actitatum legimus à pristinis impiæ notæ authoribus.

Verùm in memoriam revocandum est novatoribus nostris, quod ipsi galli, ad quos tamen elato supercilio provocare solent, istam doctrinam tanquam magistrum schismatis, unitatisque sepulchrum semper detestati fuerint.

In specie universitas parisiensis anno 1617. suā censurā confixit sententiam Antonii de Dominis apostolæ, declaravitque, quod propositio, quā ille adseruerat, Romanam Ecclesiam jure divino auctoritatem in alias ecclesiæ non habere, heretica sit & schismatica.

Ipsam hanc doctrinam suam repetiit & recte insinuavit eadē universitas anno 1683. his

his verbis: « Antiquæ suæ in sedem aposto-  
« licam reverentiæ esse duxit, hic breviter  
« de ea præfari, disterteque repetere, quod  
« olim non semel professa est: romanum  
« Episcopum esse jure divino summum in  
« Ecclesia pontificem, cui omnes christiani  
« parere teneantur; & qui immediatè à Christo  
« non honoris solum, sed potestatis ac ju-  
« risdictionis primatum habeat in tota Ec-  
« clesia „,

Et illustrissimus Petrus de Marca Lib. I.  
Cap. II. n. II. de concord. Sacerd. & imp.  
disertis ac nervosis inquit verbis: « Itaque  
« ut omnibus fiat satis, liquidò & secundùm  
« sententiam meam omniumque gallorum  
« assero, præcipuum ac primum libertatis  
« ecclesiasticæ fundamentum apud nos hoc  
« esse, ut principatus apostolicæ sedis suum  
« locum semper obtineat. Etenim, cum ec-  
« clesia gallicana inter præcipua & illustria  
« Ecclesiæ universalis membra censeatur,  
« totius vero corporis caput in Ecclesia romana  
« sit constitutum; fieri non potest, ut vera  
« ecclesiæ libertatibus fruatur, nisi capititis  
« hujus unioni inserta sit. Retineri autem  
« communio illa non potest, nisi officiis illis  
« caput excolatur, quæ principatui aposto-  
« licæ sedis nemo sanus unquam negaverit.  
« Docendum itaque est, gallos ab ipsis Ec-  
« clesiæ primordiis usque ad nostram æta-  
« tem, & communionis ecclesiasticæ origi-  
« nem in cathedra Petri constituisse, & su-  
“ premax

“ premam Ecclesiæ auctoritatem huic sedi colla-  
 “ tam semper coluisse juxta varios illos gra-  
 “ dus, quibus eam pro bono publicæ disci-  
 “ plinæ, temporis ratione habitâ, Pontifices  
 “ romani explicare consueverunt ”.

Recta hæc ecclesiæ gallicanæ sensa ad  
 nostra usque tempora sine interpolatione fuisse  
 protracta, vi quorum nempe apta nulla le-  
 gitimaque Ecclesiæ universalis notio sine ex-  
 pressione præsulum, & præprimis summi in  
 terris Christi vicarii tradi potest, luculen-  
 tissimè è recentioribus etiam authoribus na-  
 tionis illius patescit.

Sic in specie author *institutionum theolo-*  
*gicarum ad usum scholarum accommodatarum,*  
*Lugduni impressarum anno 1780.* Ecclesiam  
 definit in modum sequentem Dissertatione  
 IV. Cap. I. “ Ecclesia militans rectè definien-  
 “ da viderur, societas hominum viatorum  
 “ & baptizatorum, à Christo Domino insti-  
 “ tuta, sive internis fidei, spei, charitatis,  
 “ sive externis communionis catholicæ, ejus-  
 “ demque fidei professionis vinculis colligata  
 “ sub regimine pastorum, quorum primus  
 “ est summus pontifex beati Petri successor ”.  
 Qui etiam author eodem capite contra *Lau-*  
*nouium* demonstrat, quod in Ecclesiæ defini-  
 tione horum pastorum mentio & injectio  
 fieri debeat. Quod summi pontificis prima-  
 tus in Ecclesia non sit solius honoris, ve-  
 rum etiam jurisdictionis, idem author expost  
 Differ-

Dissertatione VI. Propositione III. ex ipsi  
Ecclesiæ definitione evincit.

Insuper author de l'authorité des deux  
puissances anno 1781. Tom. 2. part. 3. Cap. I.  
Ecclesiam ita definit: "Ecclesia est societas  
" personarum inter se colligatarum per pro-  
" fessionem ejusdem fidei, & per commu-  
" nionem eorundem Sacramentorum sub im-  
" perio primorum pastorum, & vel maxime  
" summi pontificis, qui ejusdem caput est,  
Quale autem, & quā potestate dotatum ca-  
put universalis Ecclesiæ sit Papa, idem au-  
thor Cap. II. §. I. ejusdem tomī verbis ad-  
serit sequentibus: "Papa jure divino habet  
" primatum jurisdictionis in universali Ec-  
" clesia in reliquos Episcopos in particulari  
" Hæc propositio est de fide (pergit author)  
" eamque proba ex S. Scriptura, ex praxi  
" Ecclesiæ, ex testimonii patrum & con-  
" ciliorum, ex auctoritate ecclesiæ gallicanae,  
" & ex ipsa usque adeo confessione Febronii,

Manifestum est porro, quod hoc loco  
status quæstionis non adtingat Ecclesiam regi-  
nantem in cælis, aut patientem in purgatorio,  
neque etiam ecclesiam quandam particularēm,  
qualiscunque demum illa fuerit; sed quod  
definienda sit Ecclesia universalis militans, ex-  
tra quam non est salus: & de qua salvator  
noster apud Matth. Cap. XVI. v. 18. inquit:  
" Tu es Petrus, & super hanc petram ædi-  
ficabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non

*prævalebunt adversus eam.* — MEAM, inquit Christus; per id dilucide indicando, quod Ecclesia universalis illa sit, contra quam portæ inferi prævalituræ sint nunquam, etsi sævissimo ipsam modo adgrediantur, atque in frusta secare incassum moliantur. — Definienda, inquam, est Ecclesia Dei vivi, quæ est columnæ & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3. v. 15. Et de qua insuper dicit Christus: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus „. Matth. 18. v. 17 — Quæque tam in structura, quam in vera doctrina immobilis erit usque ad mundanæ Machinæ dissolutionem: “ Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem Sæculi „. Matth. 28. v. 18. — Item: Ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum; & suggesteret vobis omnia, quæ dixero vobis „. Joan. 14. v. 16. — Definienda demum est Ecclesia, quæ in uno Deo est una, sancta, catholica, & apostolica; & cuius maiestas per totum orbem terrarum tanto fulgore coruscat, ut orientem cum occidente nectat & illuminet.

*Definitio.* Ecclesia est societas universalis ex altissimo fine instituta à Christo Domino, complectens homines eadem Sacramenta, & interna charismata participantes, fidemque profitentes catholicam, ac colligatos sub sacro imperio Episcoporum, & summi in terris Christi vicarii romani Pontificis, ceu legitimi & visibilis illius capitum.

Ecclesia itaque vera est societas inæqualis ab alia quavis societate independentis, gaudentisque requisitis societatis recte ordinatae juribus ac prærogativis: est societas sacra, cui sacer proinde finis est præstitutus, qui adtingitur per media quoque sacra tum interna, tum externa à suo Autore indulta est societas universalis, per totum orbem diffusa, cui se se adgregare tenentur universi; unde & mandavit Christus, ut Evangelium omni creaturæ prædicetur. Sacrae hujus societatis ab ipso Christo institutæ finis est maiestatis ac gloriæ divinæ exaltatio, & animarum salus, ad cuius salutis æternæ consecrationem concessa sunt dona interna gratiæ, fidei, spei & charitatis, insuper & externa Sacramenta societatem istam sensibiliiter & externe colligantia, veluti & unanimis catholicæ fidei professio externa. Porro societas ista æqualis non est, uti protestantes perperam existimant; sed inæqualis, utpote in qua vera obtinet hierarchia ordinis & jurisdictionis. — Profectò, si in ulla societate necessaria sit subordinatio, ea præprimi requiritur in Ecclesia Dei, in qua puritas & unitas doctrinæ sarta recta conservari debet.

Caput hujus Ecclesiæ invisible etiamnum est Christus dominus, à quo spirituallia dona in eandem diffluunt: atvero caput Ecclesiæ visibile instituit Christus suum in terris vicarium, sumnum Pontificem, cui & proprii nominis imperium spirituale conces-

sit in universa Ecclesiæ suæ membra. Insuper Episcopis proprii nominis imperium spirituale concessit gregem sibi conimissum pacendi regendique; quibus & proinde reverentia non solùm, sed & vera ac sincera obedientia debetur: suas quippe ecclesias regunt per potestatem immediatè à Deo acceptam adtemperatè ad sacram in universalis Ecclesiæ institutam & vigentem hierarchiam. Ecclesia itaque castrorum aciei rectè ordinatae merito comparatur.

Denique romanum Pontificem esse supremum universalis Ecclesiæ caput, & sub ea ratione ab aliis Ecclesiis agnitam semper fuisse cathedram Petri, luculentis verbis evinxit illustrissimus Petrus de Marca, dum ultius Lib. I. Cap. II. n. IV, V, & VI. in modum differit sequentem:

“ Sanè communi omnium Ecclesiarum consensus fuisse receptum, ut ad cathedram Petri, tanquam in descriptione circulari lineæ ad centrum, respicerent, non solùm nos docuit Leo primus, sed etiam omnes Africani patres: quorum testimonio hac quidem in causa satius est uti, quam cæterorum; quippe, qui nullius gratiæ, aut adulatioñis apud ipsos hæreticos hac in suspecti sunt, cùm libertatis ecclesiæ africanae semper acerrimos vindices se præstiterint. Cyprianus itaque docet, Ecclesiam romanam esse Petri cathedram, & Eccle-



" Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis orta est. Epist. 55. Opratus vero mi-  
 levitanus Episcopus, sacrilegi schismatis a  
 Donatistis in Africa constati fcelestam di-  
 visionem inde damnare & everttere cona-  
 tur, quod ab Ecclesia romana discessissent,  
 ubi est origo & radix unitatis. Igitur ne-  
 gave non potes, scire te, in urbe Roma Petro  
 primo episcopalem cathedram esse collatam, in  
 qua federit omnium apostolorum caput Petrus,  
 unde & cephias appellatus est: in qua una ca-  
 thedra unitas ab omnibus servaretur, ne cœ-  
 teri Apostoli singulas sibi quisque defenderent;  
 ut jam schismaticus & peccator esset, qui com-  
 tra singularem cathedram alteram collocaret.  
 Lib. II. contra Parmen. Hunc autem verbo-  
 rum Cypriani & Oprati germanum sensum  
 esse existino, licet aliorum à plerisque  
 torqueatur: nempe, cum Ecclesia (quæ  
 instar corporis, nexu quodam mystico,  
 Christo, ut capiti cohæret) nihil aliud sit,  
 quam plebs ab Episcopo collecta, unum  
 tantum episcopatum unamque cathedram  
 in illo corpore constitui oportere, cuius  
 cathedrae dignitas summâ Christi liberali-  
 tate collata est iis verbis, quibus Petro  
 administrandarum clavum, & pascendi gre-  
 gis curam demandavit. Porro Petrum so-  
 lum à Christo interpellatum, ut unitas  
 Ecclesiæ demonstraretur, & Petro digni-  
 tas illa tribueretur, quam totius Ecclesiæ  
 repræsentaret figurata generalitate perso-  
 nam, ut cum Augustino loquar; atque hoc  
 "pacto"

" pacto, & hac verborum formulâ de in-  
 " dustria ad eum finem à Christo conceptâ  
 " unus episcopatus instrueretur, cuius quidem  
 " pars à singulis Episcopis in solidum possidere-  
 " tur, ita tamen, ut ejus fons & origo ab  
 " uno inciperet, à principe videlicet aposto-  
 " lorum Petro: atque adeo nulli liceret, ne-  
 " que ipsis etiam apostolis, episcopatum re-  
 " nere alienum à communione & consortio  
 " unitatis, quæ viget in cathedra Petri.\*

\* Menter S. Cypriani quoad præsens punctum  
 magis adhuc illustrat Cl. Zallinger Lib. V. j.  
 eccl. pub. Cap. V. in fine §. CCCLIII. ubi ait:  
 " Hic est famosus Cypriani locus, quem pon-  
 " titiciae jurisdictionis & præeminentiae hostes  
 " objicere nunquam cessant: Episcopatus unus  
 " est, cuius à singulis in solidum pars tenetur.  
 " Lib. de unitate Ecclesie. Imprimis non ipsum  
 " Episcopatum (*universalem*) sed ejus partem à  
 " singulis teneri affirmat S. Doctor: neque in  
 " solidum teneri idem profecto denotat, ac in-  
 " dependenter ab alia majore & universalí po-  
 " testate teneri. Enimvero pluribus judicibus  
 " delegari potestatem in solidum non repug-  
 " nat, quin à delegante, aliove ob eam causam  
 " independentes sint. Tenent ergo singuli par-  
 " tem in solidum, quatenus non divisam, sed  
 " unitam cum aliis partibus & cum toto re-  
 " neant: eritque sic unus Episcopatus origine,  
 " objecto, & fine. In quam explicationem in-  
 " cidunt Bellarmini verba de romano Pontifice  
 " Lib. II. Cap. XVI. Ecclesia una, & Episco-  
 " patus unus est eo modo, quo multi arboris  
 " rami sunt una arbor, multi rivi una aqua, &  
 " multi radii una lux; ut ibidem Cyprianus  
 " dicit:



“ dicit : sicut ergo in ramis , rivi , & radiis  
 “ unitas est ratione unius capitatis , id est , radii-  
 “ cis , fontis , solis , licet rami ipsi , rivi & ra-  
 “ dii multiplicentur ; ita etiam Ecclesia est una ,  
 “ & Episcopatus unus in radice & capite , Pe-  
 “ tro ejusque successoribus ; quamvis multæ sint  
 “ particulares Ecclesiæ , multique particulares  
 “ Episcopatus .”

Qhom “ Quapropter (pergit de Marca) eleganter  
 “ veritatis ille assertor Hieronymus ira efforma-  
 “ tum fuisse corpus Ecclesiæ docuit Lib. VIII.  
 “ contra Jovin. ut capite constituto schismatis  
 “ rolleretur occasio , ejusque capitatis rationem  
 “ in cathedra Petri collocatam : ex quo pro-  
 “ inde sequatur , eum , qui alienus sit ab  
 “ Ecclesiæ romanæ communione , à compa-  
 “ ge totius corporis avulsum , in peregrini-  
 “ tatem quandam redigi . Quam sententiam  
 “ exemplo suo testatus est , cùm , per va-  
 “ rias factiones Oriente diserpto , Antiochë-  
 “ na ecclesia trium Patriarcharum schismate  
 “ vexaretur : Ego , inquit ille , Epist. ad Da-  
 “ masum , nullum primum , nisi Christum , se-  
 “ quens , beatitudini tuæ , id est , cathedræ Petri  
 “ communione confocior : super illam petram Ec-  
 “ clesiam ædificatam scio . Quicunque extra hanc  
 “ domum agnum comedenter , profanus est . Siquis  
 “ in arca Noe non fuerit , peribit regnante di-  
 “ luvio .”


De fundatione & origine Ecclesiæ Cl.  
 Zallinger Lib. V. j. eccl. pub. §. CCCXVII. no-  
 tar adhuc sequentia : “ Origo Ecclesiæ vel  
 “ so-

Societas ecclesiasticae non in natura quærenda est, nec pactis hominum, nec legibus Principum politicorum, sed rotâ est divina, & ex consiliis divinæ sapientiæ ac bonitatis pendet quanta quantâ est. Nempe æternus Dei filius, unigenitus & consubstantialis Patri, promissus in lege veteri Messias, cum in plenitudine temporis naturam adsumsit humanam, non modò cœlestes hominibus veritates annunciat, & per Apostolos suos annunciariri jussit; sed credentes per gratiam suam in unam societatem conjunxit, & conjungi jussit, quam societatem nominavit Ecclesiam suam, populum & hæreditatem suam, regnum cœlorum, ovile suum. In quem sensum referenda sunt splendidissima elogia, quibus in codice veteris testamenti præfigurabatur, & in novo designatur Ecclesia; uti, cum dicitur *Domus Dei vivi, columna firmamentum veritatis, civitas supra montem posita, civitas posita in quadro, corpus Christi, cuius corporis ipse est caput, acies castrorum ordinata, sponsa Christi* ...

## §. II.

### *De unitate Ecclesiæ.*

**P**ost traditam explanatamque veræ Ecclesiæ notionem, ad notas illius characteristicas, nempe ad unitatem, sanctitatem, catholicitatem & apostolicitatem Ecclesiæ prægredimur;



mur; quas notas exhibet *Symbolum Constantinopolitanum*, in quo christiani profitentur, se credere in *unam, sanctam, catholicam, & apostolicam Ecclesiam*. Primo igitur loco de Ecclesiæ unitate acturi sumus.

Tria potissimum sunt, in quibus ista consistit unitas: nempe ejusdem veræ fidei & doctrinæ pia professio; eorundem bonorum spiritualium & Sacramentorum communio; & erga unum idemque imperium sacram subiectio: quæ quidem principalia tria capita quodammodo explicatius discutienda sunt.

Quoad unitatem fidei & doctrinæ certum est, quod omnes, qui veram tenent Ecclesiam, omnes & singulos catholicæ fidei articulos indubitato adsensu quoque tenere, simul atque expressè profiteri debeant; & qui vel in uno deficit, omnium reus efficiatur: id est, quia unum idemque indivisibile est credendi motivum, divina nempe veritas; hinc, qui eam in uno spernit, spernit in omnibus. Quamvis ergo in aliis materiis adiaphoris, aut merè theologicis doctrina inter fideles possit esse diversa; adtamen in rebus dogmatis tanta debet obtinere unitas, ut hæreticus ille sit, qui ab hac unitate dogmatica desciscit, revelatos, & ab Ecclesiâ propositos universos fidei articulos non admittendo. Huc referri solet illud Christi Domini apud *Lucam XI. 23.* “Qui non est “mecum,

“ mecum, contra me est; & qui non colligunt mecum, dispergit, .— Colligitur ex dictis, quod ad causam dogmaticam requiratur divina ipsa revelatio, & Ecclesiæ propositio: deficiente primo, non erit verbum Dei; & deficiente secundo, infallibiliter cognosci non potest, an tale sit.

*Intuitu communionis bonorum spiritualium*  
*& eorundem sacramentorum gratiam præprimis*  
*respicimus, & habitum fidei, spei ac chari-*  
*tatis, indeque enatos actus, qui mysticum*  
*Christi corpus conjungunt; illa porro sacra-*  
*menta singula, quæ Christus Dominus insti-*  
*tuit, & tanquam sensibilia gratiæ simbola suæ*  
*reliquit Ecclesiæ. Horum igitur sacramento-*  
*rum quisquis vel unicum contemserit & ne-*  
*gaverit, à communione sanctorum & Ec-*  
*clesiæ recedere convincitur; adeoque extra*  
*veram & unicam domum Dei constitutus,*  
*& à S. communione rescissus, salvus esse non*  
*poterit. Nemo ergo dixerit, se habere Chri-*  
*sti charitatem, qui vixerit extra hujus com-*  
*munionis, & Ecclesiæ unitatem, & qui non*  
*fuerit in hac unitate spiritus, & in isto vin-*  
*culo pacis: à viva hac radice avulsus, vita*  
*nutrimentum amittit, & perit.*

Ratione subjectionis ad unum idemque sa-  
crum imperium Cl. Zallinger Lib. V. j. eccl. pub.  
§. CCCXIX. sub finem ita differit: “ Ter-  
“ tium est unitatis vinculum, commune im-  
“ perium spirituale summi in terris Christi



¶ Vicarii, cui omnes omnium Iacorum fideles, eorumque rectores ac pastores subordinati, nemine excepto, subjiciuntur. ¶ Nam & spectata institutione divinâ; & perpetuo Ecclesiæ usu; & ipsâ unitatis in tam vasto corpore conservandæ ratione; necesse est, ut interna unitas externo ac visibili vinculo constringatur.

¶ Quamvis autem supremum & universale imperium sacrum in omnes Christi fideles traditum sit visibili totius Ecclesiæ capiti; nihilominus etiam alii Ecclesiæ Præfates ad unum istud sacrum imperium concurrunt eo modo, quo in quæstione de forma regiminis ecclesiastici dicturi sumus.

¶ Quisquis igitur universali imperio sacro Ecclesiæ se se submittere renuit, aut ab eo se rescindit, etiamsi de cætero cunctos fidei rueretur articulos, ab unione recedit, ac schismaticus constituitur. Unde S. Cyprianus Ep. 69. ait: "Ecclesia, quæ catholica, & una est, scissa non est, nec divisa". Et S. Hieronymus Ep. ad Tit. inquit: "Inter haeresin & schisma hoc interesse arbitramur, quod haeresis perversum dogma habeat; schisma; propter Episcopalem dissensionem, ab Ecclesia pariter separat".

Ad hanc unitatem tam hæreticos; quam schismaticos saepe invitavit Ecclesia; & specialiter etiam Tridentinum Ss. 18. gravissimis ver-

verbis sequentibus: "Quoniam verò eadem  
 " sancta Synodus ex corde optat, Deumque  
 " enixè rogar, quæ ad pacem sunt Ecclesiæ,  
 " ut universi communem matrem in terris  
 " agnoscentes, quæ eorum, quos peperit,  
 " oblivisci non potest, unanimes, uno ore  
 " glorificemus Deum & Patrem Domini  
 " nostri Jesu Christi, per viscera misericor-  
 " diæ ejusdem Dei & Domini nostri; om-  
 " nes, qui nobiscum communionem non ha-  
 " bent, ad concordiam & reconciliationem,  
 " & ut ad hanc sanctam Synodum veniant,  
 invitat atque hortatur: utque charitatem,  
 " quod est vinculum perfectionis, amplec-  
 " tantur, pacemque Christi exultantem in  
 " cordibus suis præ se ferant, in quam vo-  
 " cati sunt in uno corpore. Hanc ergo non  
 " humanam, sed spiritus sancti vocem audientes,  
 " ne obdurent corda sua; sed in suo sensu non  
 " ambulantes, neque sibi placentes, ad tam piam  
 " & salutarem matris suæ admonitionem exci-  
 tentur & convertantur, . . .

Quæ de cœtero ad Ecclesiæ unitatem  
 spectant, noster Cl. P. Bertrandus Erdt in sua  
 Dissertatione de Ecclesia Christi regnante, Cap.  
 II. §. XI. tam adpositè tradit, ut propter  
 singularem hujus rei utilitatem verba illius  
 in longum referre consultum duxerim. Dis-  
 serit autem in modum sequentem: "Tam-  
 " et si Christus jusserrit Ecclesiam suam pro-  
 " pagari per omnes totius orbis provincias,  
 " regiones, & regna, Matth. 28. & actu-



“ propagata sit. Rom. 10. voluit nihilominus  
“ eandem esse UNAM; ut omnes unum sint,  
“ sicut tu Pater in me, & ego in te: ut &  
“ ipsi in nobis unum sint: ut sint consummati  
“ in unum: nempe, ut omnes sint unus spiri-  
“ tus, solliciti servare unitatem spiritus, Eph. 4.  
“ unanimis id ipsum sentientes, Phil. 2. ut idip-  
“ sum dicant omnes, & non sint in eis schis-  
“ mata: sunt autem perfecti in eodem sensu, &  
“ in eadem sententia 1. Cor. 1. unum corpus,  
“ cuius membra essent omnes per orbem  
“ dispersi fideles, 1. Cor. 12. sicut est unus  
“ Dominus, una fides, unum baptisma. Eph. 4.

“ Hæc unitas Ecclesiæ primarij consistit  
“ in unitate doctrinæ, fidei, & morum; cum  
“ spiritus sanctus, qui Ecclesiam Christi do-  
“ cet omnem veritatem, non sit discordia-  
“ rum & dissensionum seminator.

“ Talis verò continua Ecclesiæ unitas  
“ haberi & servari nequit sine unitate Ca-  
“ pitis & summi imperii; sunt etenim plura  
“ Ecclesiæ Christi summa capita; plura ab  
“ invicem independentia imperia; demus  
“ protestantibus, summum sacrum imperium  
“ stare penes singulos summos Principes po-  
“ liticos respectu suarum ditionum: qua ra-  
“ tione, si res quædam circa fidem, vel mo-  
“ res in controversiam veniat, decidetur;  
“ Num unus quis Princeps, qui in uno  
“ regno jus dicit, causam definiet? Vel an  
“ opus est, ut omnium, qui ubivis gentium  
“ Christi

“Christii fidem profiterentur, Principum consensus accedat? Profecto neutrum dici potest: nam primum illud nullus hactenus adseruit; si enim est aliquis Princeps, quis nominari potest? ubi gentium sedem habet? Quid aliquando in fidei negotio pro totâ per orbem Ecclesiâ definiit? Quis ab eo in dogmate controverso sententiam petiit?

“Fidei negotium omnium unanime est, nec aliud potest Italia, aliud germania, aliud gallia; & aliud occidens, aliud oriens profiteri: quemadmodum unum baptismum, unus Deus, ita una fides sine dissensione, sine schismate.

“Quis verò credat fieri posse, ut, si singuli supremi Principes suis regnis in fidei causa judicium ferant, omnes & singuli à se invicem independentes & divisi, omnino consentiant, idem doceant constituantque? Et quis demum eorum vota colliger, aut ad sacra comitia coget? an Imperator? Sed quid, si nullus Imperator aliquando extiterit? Quid, si ab Ecclesia deficiat? Si in plures scindatur imperium? Si Reges undique irruentes imperium dilatent, & in suo quovis tractu imperient? Quid, si quæ imperii portio lacera, non regii, sed sequioris & decoloris alius cuius regiminis sortem experiri malit? Quid, si hæc omnia? Nam & hæc omnia

“ nia post Constantiūm, labentibus sēcu-  
 “ lis, contigere in variis imperii romani  
 “ tractibus: igitur, si horum quodlibet, si  
 “ plura, si omnia eveniant, non congregari  
 “ à sēculari Principe concilium, nec vota  
 “ aliorum requiri poterunt.

“ An ergo Ecclesia interim de summa  
 “ rerum periclitabitur? Absit: non tam im-  
 “ providè ut Christus consuleret Ecclesiæ  
 “ suæ decuit: imò nec potuit, ut Summam  
 “ rerum sacrarum, unitatem ejusdem, &  
 “ religionis æternitatem ad tam procellosum  
 “ & labile imperii terreni sceptrum reli-  
 “ garet.

“ Experiuntur id verè cum proprio dam-  
 “ no in suis, præsertim ab invicem divisis  
 “ ecclesiis acatholici; quot enim in materia  
 “ fidei, & morum, etiam quoad, prout vo-  
 “ cant, fundamentalia dogmata, eas inter-  
 “ vigent dissensiones, contradictiones, imò  
 “ mutuæ condemnationes! Exemplo sit liber  
 “ Concordiæ dictus, ab eruditissimis Doctori-  
 “ bus protestantibus, unitis studiis ad sta-  
 “ tuendam pro ecclesiis suis unitatem fidei  
 “ editus: qui tamen, eo non obstante, à  
 “ quibusdam acceptatus, ab aliis repudiatus,  
 “ à quibusdam condemnatus fuit.

“ Quid planius dici potest, quām quod  
 “ Christus in ultima cœna dixit: accipite, &  
 “ comedite: hoc est corpus meum. Matth. 26.  
 “ Et

“ Et tamen hæc verba tam palanter, & in  
 “ circumstantiis admodum decisissimis à Christo  
 “ prolata, in sensus varios, & planè con-  
 “ trarios ita torta, & ampliata sunt, ut eod-  
 “ rum 80., imò, teste auctore anonymo  
 “ opusculi *de die Domini emortuali*, 200. in-  
 “ terpretationes hodie numerentur.

“ Deplorant id ipsum viri quidam ex  
 “ ipsis protestantibus eruditissimi, atque acer-  
 “ bē conqueruntur, maiores suos longius,  
 “ quām par est, profectos, jure canonico,  
 “ & subordinatione ecclesiasticā ē fundamen-  
 “ tis dirutā, posteris nihil reliquisse, præter  
 “ Schēma Ecclesiæ anarchicum, acephalum,  
 “ autonomicum, ceu scopas male dissolutas,  
 “ nulli servientes usui, nisi fortè in terga  
 “ eorum, qui dissolvére. Hinc illum contem-  
 “ tum, hinc laicorum ministris Ecclesiæ in-  
 “ sultantium impotentem fastum, ut illi ipsi,  
 “ qui ante id solum agebant, ut Pontificis  
 “ excuterent jugum, nunc voti damnatos,  
 “ sentiant se mutasse Dominum, non servi-  
 “ tutem; qui anathemata, & censuras, alias-  
 “ que poenas canonicas ridebant, soluti sunt  
 “ illi quidem metu suspensionis in foro ca-  
 “ nonico, non in criminali.

“ Audiatur unicus *C. D. Fræreisen*, Aca-  
 “ demiae argentinensis Rector, & Superin-  
 “ tendens, in oratione de misero Ecclesiæ suæ  
 “ permultis in locis statu. §. I. apodicticè &  
 “ emphaticè de hoc argumento differens:

Misera, ait, mihi Ecclesiæ nostræ conditio vi-  
 detur ratione formæ regiminis, & status ex-  
 terni... etenim vix umbra unionis ecclesiastice  
 in ea adparet.— Et infra: Defectus hic for-  
 mæ ecclesiastice visibilis fons est omnium, quæ  
 in ea frequentes adparent, misericarum.— In-  
 vestigat postea fontem hujus misericordiae: Si  
 satis providi fuissent, inquit, reformatores,  
 cum Augustana confessione, ceu norma ecclæ-  
 siastica doctrinali, Syllogen quoque canonum ex-  
 hibuissent... Per hanc syllogen certam quan-  
 tam juris ecclesiastici universalis normam ob-  
 inuissent. Paulò post: Hinc fit (ex juris ec-  
 clesiastici defectu) ut alia Ecclesia particula-  
 ris ex Carpzovianis, alia ex Hobbesio - Tho-  
 masianis, alia ex Titianis, alia ex Boehme-  
 yianis, alia ex aliis principiis jus sibi ecclæ-  
 siasticum pro libitu formet, magna cum Ec-  
 clesiæ nostræ ignominia... Similis evasit Eccle-  
 sia nostra vermi in partes non tantum magnas  
 & longas, sed & minutæ dissesto, quarum  
 quælibet se moveat, quædiu aliquales vires  
 super sunt, & quarum quælibet sensim sensim  
 que vitam, & cum vita facultatem se movendi  
 amittit... Si satis fuissent providi reformato-  
 res, aut Hierarchiam episcopalem cum Suecis  
 Danisque retinuissent, aut Consistorium saltem  
 supremum & universale erexissent ad cognoscen-  
 das causas ecclesiasticas.

Quid? quod ipse etiam Pfaffius in  
 pref. in orig. juris eccl. scribat: Ex Eccle-  
 sis, quæ jugum romani Pontificis excussere,  
 quævis sibi peculiarem faciem pinxit.

“ Accedit & illud: si cum jure terri-  
 “ torii ad dominum devolvatur jurisdictio,  
 “ sacra, utique nullo sexus discrimine su-  
 “ prema potestas ecclesiastica perinde, ac  
 “ politica residebit in fœmina, quæ jure na-  
 “ talium, aut emtionis titulo adquirit terri-  
 “ torium. Hæc igitur, quam nec loqui in  
 “ Ecclesia permittit Apostolus I. Cor. 14.  
 “ etiam imperabit, leges feret, ordinabit di-  
 “ vinos ministros, vibrabit anathema &c.

“ Hinc denuo antefatus D. Fræreisen  
 “ loco citato ait: Objicitur sæpius, sed sine suf-  
 “ ficiente fundamento, Romanæ Ecclesiæ, fœni-  
 “ nam quandam aliquando fuisse Papam: majori  
 “ specie hoc Ecclesiæ nostræ objici posse videtur;  
 “ in eâ enim jura papalia & episcopalia exercere  
 “ potest fœmina, dummodo sufficiens possideat  
 “ divitias ad emendum pagum... Nec desunt for-  
 “ san uxores, quæ per maritos sub ipsarum im-  
 “ perio viventes jura papalia, episcopalia, pres-  
 “ byteralia, & parochialia exercent.

“ Emphasi prorsus singulari: Si Agne-  
 “ tem papissam (quam tamen fabellam eru-  
 “ ditè refellit ipse Blondellus heterodoxus)  
 “ nos habuimus unam, quot adversarii? Non  
 “ ita in vera Christi Ecclesia, quæ in sacris  
 “ literis vocatur domus, civitas, regnum,  
 “ acies bene ordinata: sicut igitur in domo  
 “ unus est paterfamilias, in civitate unus ma-  
 “ gistratus, in regno unus Rex, in acie be-  
 “ ne ordinata unus supremus Campi-Mare-  
 “ schallus;

“ schallus ; ita & illa unum supremum ha-  
“ beat imperium oportet.

Denique Ecclesia, tanquam mater sum-  
mè provida, ex necessitate & studio conser-  
vandi unitatem fidei & doctrinæ, justè præci-  
pit, ut Magistri, Doctores & alii in eisdem  
universitatibus ea, quæ catholicæ fidei sunt, do-  
ceant & interpretentur ; seque ad hoc institutum  
initio cuiuslibet anni solemni juramento adstrin-  
gant. Ss. 25. in Decreto de Reform. Cap. II.  
quod incipit : Cogit temporum calamitas, &  
invalescentium hæresum malitia, ut nibil sit præ-  
termittendum, quod ad populorum ædificationem,  
& catholicæ fidei præsidium videatur posse per-  
manere.

Quantum sincera & sancta juramenti  
hujus adimpletio ad Ecclesiæ unitarem con-  
tribuat, quilibet rerum expertus facile de-  
finiverit.

### §. III.

#### De sanctitate Ecclesiæ.

Unitatem Ecclesiæ consequitur illius Sancti-  
tas; ita quidem, ut nulla Ecclesia sancta esse  
possit, si in ea deficiat unitas hucusque ex-  
planata: unde author institut. theol. Diff. IV.  
Art. II. § II. Prop. I. rectè inquit: “ Nula,  
vel orientalium, vel occidentalium socie-  
ties ab Ecclesiâ Romana separata, sanctifi-  
cata ”

tem habet „. Rationem addit, quod ab Ecclesiâ Romanâ recedentes rei sint fehismatis, adeoque eoipso à charitate, proin & à sanctitate excidant.

Dum itaque de *sanctitate*, tanquam nota characteristicâ, differimus, eam in illa sacra societate universalî inquirimus atque repemus, quæ fundata est à Christo Domino, quamque sibi tanquam indefectibilem ipsam copulavit; & de qua dicit Apostolus ad Ephes. V. 25. “ Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, ut illam sanctificaret „. Item v. 27. “ Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi; sed ut sit sancta & immaculata „.

*Sancta* igitur est Ecclesia Christi ratione sanctissimi hujus capitis, à quo, tanquam lucidissimo fonte, cuncta spiritualia bona in ipsam diminant: *Sancta* est in doctrina fidei & morum: *Sancta* est in vita & in morte insignium multorum Ecclesiæ membrorum: *Sancta* est denique in gloria & splendore miraculorum.

Fons omnis gratiæ, cœterorumque donorum spiritualium Christus est: is, cœu perpetuum Ecclesiæ *caput* invisibile, media quævis necessaria ac requisita pertingendi ad finem sanctum singulis præstitutum, abundè suppeditat: sanctissima instituit *Sacramenta*, per

per quæ sanctificemur, atque in uno sancto Ecclesiae corpore colligati gloriæ ipsius participes efficiamur in illa Ecclesia triumphantे, in qua singula etiam membra omnis maculæ sunt expertia.

*Quoniam experti*

Ecclesia est sancta *in Doctrina fidei & morum*; enimvero fidem tenet atque profitetur à Deo revelatam, & ad omne opus pium sanctumque impellente; dirigitur insuper in cognoscendis tradendisque veritatisbus à spiritu sancto, juxta promissionem Christi: “Ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, ut maneat vobis cum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere „ Joan. XIV. 16. & 17. Item: “Hæc locutus sum vobis apud vos manens: Paraclytus autem spiritus sanctus, quem mittere Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggereret vobis omnia, quæcumque dixero vobis „ Ibid. v. 25. & 26.— Quis porro sanctum pervolvens Evangelium à Majestate ejusdem, summaque puritate & sanctitate non percellitur! sanctissima sunt illius præcepta, sanctissima quoque ejus consilia, quæ utrimque vigent in Ecclesia, & sancte in eadem custodiuntur & observantur: unde fit, quod & mores vigeant in Ecclesia sancti; quodque insuper Ecclesia leges ferat & inculcat ad alienandam morum corruptelam, & ad vitam honestè, sancteque componendam: à Christo & Ecclesiâ non ea propoununtur,

nuntur, quæ carni sapiunt, & passionibus adulantur; sed talia prorsus, quæ omnime-  
dam spirant sanctitatem, atque ad æternam  
beatitudinem viam parant; quæ proinde soli  
eorum gustui non sunt adtemperata, qui  
terrena sapiunt.

Circa hanc doctrinæ sanctitatem Cl. Zal-  
linger Lib. V. j eccl. p. §. CCCXX. ita loquitur:  
 " Sanctitas doctrinæ pertinet ad dogmata  
 " fidei, ad mores, consilia evangelica, disci-  
 " plinam Ecclesiæ. Inde ratio pendet tot con-  
 " stitutionum Ecclesiæ, quibus Theses na-  
 " turali honestati morum repugnantes dam-  
 " nar ac configit: tot canonum de sanctis  
 " sanctè tractandis, de vita & honestate  
 " clericorum, de cœlibatu, de primævo spi-  
 " ritu conservando in religiosis ordinibus.  
 " inde provenere differentiæ nonnullæ juris  
 " sacri, & profani: nam omni constitutioni &  
 " consuetudini derogandum est, quæ absque pec-  
 " cato mortali non potest observari. Cap. fin. de  
 " præscript. Imo Ecclesia, cum regi te à spi-  
 " ritu sancto eriam in constituta disciplina  
 " plinâ quamvis variabili, non ignoret, in-  
 " concusso anathemate damnat eos, qui ri-  
 " tus, consuerudines, ceremonias, quæque  
 " istius sunt ad disciplinam pertinentia, tan-  
 " quam mala, inepta, juri divino repug-  
 " nantia impugnare & pro libitu rejicere  
 " audent.

Notam characteristicam sanctitatis neutriquam inveniri in pseudo-ecclesiis Protestantum inter alia speciatim probat author Institut. theol. Diff. IV. Prop. I. superius citata, ubi agit de pseudo-reformatoribus, his verbis: "Illa societas (*pseudo-reformatorum*) ne levissima quidem habet sanctitatis signa, cuius doctrina moralis omnibus vitiis adi- tum aperit: atqui hujusmodi est pseudo- reformatorum doctrina moralis: nam immo in ipsa Synodo Dordracena docent, cum criminibus; etiam horrendis, justitiam posse consistere; eam ab electis non amitti, etiamsi adulterio homicidium junxerint ut David, vel Christum abnegaverint ut Petrus: uno verbo, solam incredulitatem damnare. 2dò, Volunt, nullā lege humana, sive civili, sive ecclesiasticā, fidelium conscientias obligari. *Omnium hominum potestate* (inquit Calvinus) exentas esse con- scientias constituiimus. Lib. 3. instit. cap. 19. n. 14. 3tiō, Monachos à votis solemnibus liberos faciunt; Presbyteros à cœlibatūs lege, Laicos à jejuniiis, ab operibus satisfactoriis, à confessionis auricularis præcepto &c. Atqui hæc omnia tradere, nihil aliud est, quam vitiorum omnium repugnare: ergo &c.


Prætermittere hoc loco non ausim ea, quæ Cl. Zallinger pro sanctitate Ecclesiae in vita & morte membrorum refert, loco supertius citato in modum sequentem: "Saneti- ratem

“ tatem Ecclesiæ testataim faciunt & maxi-  
 “ mōpere commendant virtutes præclaræ  
 “ apostolorum, torque martyrum, confessio-  
 “ rum, anachoretarum, virginum, aliorum-  
 “ que innumerabilium evangelicæ perfectio-  
 “ nis studiosissimorum: hinc præcipuo loco  
 “ semper universa Ecclesia habuit Religio-  
 “ sos utriusque sexū, quorum virtutes &  
 “ merita summo eidem ornamento & adju-  
 “ mento extitere. Quanta, Deum immorta-  
 “ lem, & coecitate & superbiâ laborent ne-  
 “ cesse est ii, qui opiniones suas sensui  
 “ constanti totius retro sacræ antiquitatis an-  
 “ referre non verentur ”.

Er sanè nostris etiam etsi turbulentissi-  
 mis temporibus complures variæ ætaris,  
 sexū, conditionis, & vocationis reperire est  
 homines, qui rarâ & ingenuâ virtute in Ec-  
 clesia sunt conspicui; ipliusque sanctitatem,  
 filo non abicisso, ad posteros nostros trans-  
 mittunt.

Ratione *miraculorum*, utpote quæ fiunt  
 in confirmationem veritatis, Ecclesia quoque  
 sancta est: audiamus tenuo Cl. Zallinger loco  
 citato quoad hoc punctum ita differentem:

“ Quando de gloria miraculorum ser-  
 “ mo incidit, obmurescere coguntur sectæ  
 “ omnes, nec quò se vertant, habent. Illud  
 “ animadversioñe dignum, ex institutis Re-  
 “ ligiosorum ac Monialium maximum pro-  
 “ diisse



« diisse hominum sanctorum numerum, quo-  
 « rum cœlestem vitam, sanctissimamque mor-  
 « tem apertissimis prodigiis Deus illustravit,  
 « & illustrare non cessat. Dein plurima ex  
 « omni memoriâ proferri miracula possunt  
 « in confirmationem eorum dogmatum, qui-  
 « bus Novatores maximè adversantur. At-  
 « que hæc & sanctitatis, & miraculorum  
 « lux, cùm non possit non incurrere in oculi  
 « los, eò majoris momenti est, quod docti  
 « æquè ac rudes ita apud se jure statuant:  
 « illi præ cœteris fidei, religioni, ecclesiæ  
 « adhærendum esse, quæ tot homines sanc-  
 « tos, Deo charos, prodigiis celebres pe-  
 « perit, educavit, ad perfectionem adduxit.  
 « Constat ex indubitatis momentis, eandem  
 « ipsos, quam Ecclesia Romano-catholica  
 « profitetur, fidem tenuisse, eadem fidei ca-  
 « pita, quæ à Novatoribus repudiantur, pro-  
 « basse, secutos esse, moribus, doctrinâ,  
 « sæpe etiam sanguine confirmasse: iidem  
 « perpetuò firmissimeque adhæsere aposto-  
 « licæ Sedi, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ,  
 « aliarum Ecclesiarum matri ac magistræ:  
 « iidem religiosa instituta, jejunia, carnis  
 « mortificationem maximi fecere: iidem de-  
 « nique venerationi reliquiarum, cultui ima-  
 « ginum, pietatique erga coelites, qui præ-  
 « cesserant, atque imprimis erga sanctissimam  
 « atque immaculatam Dei matrem addictissi-  
 « mi fuere. Hæc expendens, cùm homines  
 « novas novam promittentes doctrinæ lucein  
 « conspicier, dicer cum Guerrico Abbe Serm.  
 « II.

“ II. de Epiphan. prope fin: optimum est, no-  
 “ stræque infirmitatis congruum illuminationis ini-  
 “ tiūm, si intendamus in eos, qui illuminati sunt...  
 “ si præcedentium patrum sequamur lumen præ-  
 “ viūm ...”

Recogitanda etiam hoc loco sunt mira-  
 cula, quæ spectant sanctos divisorum catalogo  
 adscriptos, quæque sanctitati Ecclesiæ eximum  
 fulgorem tribuunt ac testimonium: in his au-  
 tem explorandis miraculis tanta diligentia ad-  
 hibetur & præcautio, ut, si spuria ea singula  
 quis dixerit, is Pyrrhonismum historicum ad-  
 mittere convincatur.

## §. IV.

### *De catholicitate Ecclesiæ.*

Circa id, quid propriè intelligendum sit  
 per τὸ catholicὰ, nequè cum antiquioribus,  
 neque cum recentioribus hæreticis conveni-  
 mus: Donatistæ Ecclesiæ catholicatē collo-  
 cabant in observatione omnium præceptorum  
 Dei, & in omnium Sacramentorum accepta-  
 tione: unde S. Augustinus contra Donatum  
 inquit Epist. 93. “ Acutum aliquid tibi vide-  
 “ ris dicere, cum catholicæ nomen non ex  
 “ totius orbis communione interpretaris, sed  
 “ ex observatione præceptorum omnium di-  
 “ vinorum, atque omnium Sacramentorum,



Heterodoxi recentiores Ecclesiam solummodo ex eo capite *catholicam* adserunt, quod omnes reneantur illius amplecti doctrinam.

Verum est quidem, quod omnia debeamus observare præcepta divina, & omnia acceptare instituta à Christo Domino Sacramenta; verum est itidem, quod omnes omnino homines reneantur fidem catholicam amplecti, veramque ingredi Ecclesiam: sed quod per hæc ultimata determinetur nota characteristica *catholicitatis*, id penitus falsum est, & arbitriè confictum.


Aliter Ecclesiae *catholicitatem* designant orthodoxi; rectè definiendo, quod consistat in extensione & diffusione veræ fidei & Ecclesiæ per universum orbem terrarum.

Potest diffusio illa esse *universalis* vel *originariæ*, vel *propagativæ*, vel *completæ*. Item  *completa* vel *mathematicæ*, vel *duntaxat moraliter*.

Fundaram à Christo pleneque ædificatam Ecclesiam statim à principio *catholicam*, adeoque universalem fuisse nemo negaveris; Verum universalis erat in origine sua & virtute, ita, ut mox in omnes gentes motu cœlerrimo fuerit diffundenda. Fuit & *catholica* seu *universalis* in stupenda illius propagatione, quia Apostoli ad omnes plagas terræ missi sunt, per quas & subito universas propagari cœpit. Tandem *catholica* seu *universalis* est Eccle-

*Ecclesia complete*, id est per universum orbem terrarum re ipsa diffusa. — Diffusio isthæc præcise non debet esse *mathematica*, ita ut nullus omnino loculus ad signari queat, ubi non extarent catholici; sed sufficit universalitas moralis, vi cujus Ecclesia orthodoxa per plerasque, aut ferme omnes mundi partes diffusa conspiciar. — Ita profectò fuit Ecclesia propagata, ut omnes omnino in ejus notitiam venire potuerint & possint; ut proinde inexcusabiles sint nationes, quæ huic fulgori per universum orbem splendenti occulerunt oculos: detestabiles autem illæ sunt gentes, quæ haustâ semel Evangelii veritate, eadem temere excussa, in denissimas incredulitatis tenebras reciderunt; aut adhuc indies ex magna parte in ipsas recidunt cum deplorandâ eorum, & successorum similia ethni cismi redivivi principia adoptantium forte.

Ecclesiam esse *catholicam* seu *undique diffusam* sancti Patres ex vaticinis ac testimoniis S. Scripturæ depromserunt: unde de illo, quod legitur ps. II. 7. 8. “Dominus dixit ad me, Filius meus es Tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ” inquit *Augustinus Lib. de unit. Eccl. cap. 8. n. 20.* “Quis enim Christianus hanc hæreditatem aliud, quam Ecclesiam unquam intellexit? Quod vero hæreditas ista usque ad ipsos terminos seu fines se extendat, ex ipso textu innotescit. Memora-



bile etiam est vaticinium *Malachiæ I. 10. 11.*  
 « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum; & munus non suscipiatur de manu vestra: ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus; & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo *oblatio munda* ».  
 Quam oblationem mundam rectè explicat *Calmetus in commentario literali de sacrificio catholice Ecclesiæ*. — Porro illud *Lucæ XXIV. 27. 28.* « Oportebat Christum pati, & resurgere tertią die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem ». *S. Augustinus Lib. de unit. Eccl. cap. 10. n. 25.* ita interpretatur: « Teneamus ergo Ecclesiam ex ore Domini designatam; unde cœprura & quousque perventura esset: cœprura scilicet ab Ierusalem, & perventura in omnes gentes ».

Porro *S. Cyprianus Lib. de unit. Eccl Edit. Baluz. pag. 195.* ait: « Ecclesia luce Domini perfusa, per orbem totum radios suos porrigit.... ramos suos in universam terram porrigit ». Et *S. Optatus Lib. 2. contra Parthianum cap. 1.* Donatistis obviat in modum sequentem: « Apud vos solos (Ecclesiam) esse dixisti.... ubi vultis, ibi sit Ecclesia; & non sit, ubi non vultis. Ergo.. apud nos.. non erit? in Hispania, in Gallia, in Italia &c. per tot innumerabiles insulas & ceteras provincias, quæ numerari vix possunt,

“ sunt, ubi vos non estis, non erit? ubi ergo erit  
 “ proprietas catholici nominis, cum inde dicta  
 “ sit *catholica*, quod sit *ubique diffusa*? „

Cum itaque Ecclesia Romano-catholica  
 sit diffusa per quatuor mundi partes, per  
 orientem & per occidentem; hinc facile  
 patescit, quod pseudo-Ecclesiæ græcorum  
 schismaticorum, quæ in parte orientis, &  
 Protestantium, quæ in parte occidentis so-  
 lummodo locum habent, neutiquam univer-  
 salitate gaudeant.

Concludamus cum S. Augustino *Lib. contra Epist. fundamenti cap. 4* dicente: “Nomen ca-  
 tholicæ (Ecclesiæ) inter tam multas hæreses  
 sic ista Ecclesia (Romano-catholica) sola ob-  
 tinuit, ut, cum omnes hæretici se catho-  
 licos dici velint, querenti tamen peregrini-  
 no alicui, ubi ad catholicam conveniatur,  
 nullus hæreticorum vel Basilicam suam,  
 vel domum audeat ostendere „

### §. V.

#### *De apostolicitate Ecclesiæ.*

Vera non est Ecclesia, quæ non est *apo-  
 stolica*; id est, quæ tum ratione *originis ac com-  
 munionis*, tum ratione *doctrinæ*, tum ratione  
*potestatis ordinis ac jurisdictionis* non interruptæ  
 ab Apostolis non descendit: in his quippe tri-  
 bus capitibus Ecclesiæ apostolitas consistit.



Ecclesia, quæ ratione originis ac committitionis non descendit ab Apostolis à Christo Domino electis ac missis ad veræ Ecclesiæ fundationem ac propagationem, à lapide fundamentali revoluta est, atque à principali scilla capite: ergo nec vera esse potest, neque apostolica.

Necessum igitur est, ut fideles universi sint « superaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo & vos coædificamini in templum in habitaculum Dei in spiritu „. Ephes. II. 20. 21. 22. — Totam porro Ecclesiam ædificatam esse super eandem petram, conitat ex Matth. XVI 18. à qua proinde avulsi petra quoad originem & communionem merguntur in profundum.

Ipse Tertullianus Lib. de præscript. cap. 20. originis hujus & communionis necessitatem testatur his verbis: « Apostoli Ecclesiæ apud unamquamque civitatem condiderunt, à quibus traducem fidei, & semina doctrinæ, cœteræ exinde Ecclesiæ muruatae sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ siant; ac per hoc & ipsæ apostolicæ deputantur, ut soboles apostolicarum Ecclesiarum „. — Et S. Optatus Lib. 2. adversus Parmen Cap. 3. inquit: « Vestræ cathedræ vos (Donatistæ) originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare „.

Itaque illa sola est apostolica & vera Ecclesia, quam instituit originariè Christus, quamque Apostoli propagarunt; hæc verò est Ecclesia Romano-catholica, utpote cuius nullus alius Auctor & institutor adsignari potest, nullus aliis propagator, quam Apostoli, aut viri alii verè apostolici legitimè missi, & majorum suorum sacris vestigiis firmiter inhærentes, & à primò fundamento nusquam recedentes. Dum econtra alia prorsus est rerum facies, dum originem pseudo-Ecclesiarum intuemur; unde Bellarminus de notis Eccl. Cap. 5. dicit;

" In omni insigni religionis mutatione semper demonstrari possunt tum ipsius autor, tum dogma aliquod novum, tum tempus, quo cœpit, tum locus, ubi cœpit . . . ut exemplis rem illustremus, primo novimus Arianae hæresis autorem fuisse Arium Presbyterum Alexandrinum; Nestorianæ sectæ, Nestorium Episcopum Constantinopolitanum. Secundo novimus, quæ dogmata invexerint; Arius enim docuit, Filium Dei meream esse creaturam: Nestorius, duas esse in Christo personas. Tertio, Non latenter tempora; cœpit Ariana hæresis anno 324. Nestoriana, anno 431. Quarto, non ignoramus loca; ortus est Arianismus in Ægypto, Nestorianæ hæresis in Thracia, Lutherana in Saxonia. Nihil horum de Ecclesia Romanâ assig-  
nari potest . . .

*Eidem atque doctrinam, quam Romana retinet Ecclesia, quoque apostolicam esse, seu ean-*



dem, quam docuit Christus, quamque Apostoli prædicarunt, nemo ignorare potest, qui Dogmata in Romana Ecclesia etiamnum sine ulla interruptione vigentia fideliter & impartialiter cum dogmatibus primævæ Ecclesiæ conferre voluerit: nimis avita fides sanctæ & inviolabiliter custodita fuit semper in Ecclesia catholica inadtentis gravissimis persecutiōnibus: dum ē contra Novatores, ceu fluctuantes ac degeneres filii nova semper & nova parturiente doctrinæ monstra à verâ Ecclesiâ semper reprobata & damnata. Et non mirum: quisquis enim à legitimis Apostolorum successoribus, à veris sanctæ & catholicae Ecclesiæ pastoribus, à visibili Ecclesiæ capite, proin ab ipsâ verâ Ecclesiâ recedit, privatum sectando spiritum proprioque nitendo iudicio in discernendâ verâ doctrinâ, à veritatis tramite alienus esse dignoscitur.

Adpositè in rem hanc differit Cl. Petrus Ballerinius in Appendice de infall. §. III. Pag. 257. ubi ait: “ Cùm porro ob potentiores vim “ primatūs necesse sit omnem Ecclesiam, hoc “ est, omnes, qui sunt undique, fideles con- “ venire, seu unitatem tenere cum Romanæ “ Ecclesiæ traditione ac fide, quæ ab Aposto- “ lis Petro & Paulo originem ducit; certum “ efficitur, eos omnes, qui hanc debitam uni- “ ratem custodiunt, custodire eam, quæ est “ ab Apostolis, fidem: & econtra eos, qui “ hæretici, à verâ apostolicâ fide defecisse con- “ vincantur.”

“ vincantur. Ita porro in unitate Romanae fi-  
 “ dei ab omnibus, qui sunt undique, fideli-  
 “ bus custodita est vera fides apostolica, ut  
 “ ipsæ Ecclesiae Apostolicæ, quæ fidem acce-  
 “ perunt ab Apostolis, conservarint veram  
 “ fidem, quamdiu Romanæ fidei adhæserunt;  
 “ ex quo autem hanc unitatem deteruerunt  
 “ à verâ Apostolicâ fide defecerint „.

Speciatim verò notandum est, quod, dum  
 de fide & doctrinâ Apostolicâ loquimur, bene  
 distinguendum sit inter res *dogmaticas*, & in-  
 ter res *disciplinares*: quam rem præclarè expen-  
 dit Cl. Zallinger Lib. V. j. eccl. p. §. CCCXXII.  
 ubi inquit: “ De apostolicâ origine doctrinæ  
 “ necesse est, fidem seu dogmata, quæque ad  
 “ necessariam morum honestatem aut jus di-  
 “ vinum positivum pertinent, distingui à di-  
 “ sciplinâ variabili, quæ pro temporum ra-  
 “ tione alia esse potest, ac Apostolorum ætate  
 “ fuerat. Ad fidem pertinent ea Pauli verba:  
 “ sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt con-  
 “ vertere Evangelium Christi. Sed licet Nos, aut  
 “ Angelus de celo evangelizet vobis, præterquam  
 “ quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Gal. I.  
 “ 7. 8. Ad morum honestatem & jus divinum  
 “ referri debent ea, quæ ad Corinthios idem  
 “ perscripsit: Neque fornicarii, neque idolis ser-  
 “ vientes, neque adulteri, neque molles... regnum  
 “ Dei possidebunt. I. Cor. VI. 10. IIs, qui  
 “ matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed  
 “ Dominus, uxorem à viro non discedere. Ibid.  
 “ VII. 10. His nihil addi, nihil demi potest:  
 “ una



& una declaratio, quam authenticam Ecclesiā  
 & facit ex promissā assistentiā spiritū sancti  
 & locum in illis habet; uti Paulus, qui Timo-  
 theum circumcidit, id non malum tum qui-  
 co dem denuit; sed ad salutem esse necessa-  
 riū ita pernegavit, ut diceret: si circunci-  
 damini, Christus vobis nihil proderit. Gal. V. 24

At disciplinam respexit Apostolus, cùm  
 scriberet: cetera autem, dum venerob, dispo-  
 nam. I. Cor. XI. 34. Aut cùm Apostoli præ-  
 ciperent fidelibus: ut abstineatis vos ab im-  
 molatissimulacrorum, & sanguine, & suf-  
 focato „. Aet. XV. 129. ni non iup: seidov  
 fls iui alli obnua subhōls bēl emuivo  
 minit

Apostolica est denique Ecclesia Romana ra-  
 tione potestatis ordinis, simul atque jurisdictionis  
 ab origine sua per seriem continuam in eā sola  
 subsistentis. Potestas ordinis collata est à Chri-  
 sto Apostolis suis, & ab eodem ipsis data po-  
 testas jurisdictionis. Ab his dein utraque po-  
 testas legitimo ordine & institutione translata  
 est in successores, & sic consequenter, ac sine  
 verâ interruptione ad nostra usque tempora;  
 hujus successionis à primo Ecclesiæ exordio ad  
 nos usque in Romanâ Ecclesiâ continuatio est  
 factum publicum, atque certissimis historiæ  
 momentis consecratum; Quis enim v. g. ig-  
 norat, Quot, & Quinam summi Pontifices  
 Romanam Cathedram successivè occupaverint  
 à Petro Apostolorum Principe & Christi Vi-  
 cario, usque ad Pium VI. nunc in eadem ca-  
 thedra constitutum, & gloriose regnantem?  
 De cetero etiam perpetuum ministrorum or-  
 dinem

dinem in Ecclesia Christus instituit, testante  
 Apostolo Ephes. IV. 11. 12. his verbis: «Et  
 «ipse dedit quosdam quidem Apostolos;  
 «quosdam autem Prophetas, alios vero Evans  
 «gelistas, alios autem Pastores & Doctores  
 «ad consummationem sanctorum in opus  
 «ministerii, in aedificationem corporis Christi,»  
 Ad hoc porro, tunc quis genuinum agat  
 in Ecclesia Dei ministrum, legitima requiri-  
 tur vocatio, & missio: unde Christus Joan.  
 X. 1. 2. 3. 4. 5. inquit. «Amen, amen dico  
 «vobis: qui non intrat per ostium in ovile  
 «ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est  
 «& latro. Qui autem intrat per ostium,  
 «pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, &  
 «oves vocem ejus audiunt, & proprias oves  
 «vocat nominatim, & educit eas. Et cum  
 «propriis oves emiserit, ante eas vadit, &  
 «oves illum sequuntur, quia sciunt vocem  
 «ejus. Alienum autem non sequuntur, sed  
 «fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem  
 «alienorum.»

Quæ circa necessariam missionem mini-  
 strorum Ecclesiæ Cl. Zallinger Lib. V. j. eccl.  
 p. §. CCCXXII. refert, meritò consignare hoc  
 loco juvar; nempe: «Istud statuendum, ei-  
 «qui officio sacro in Ecclesiâ defungi legi-  
 «timè velit, necessariam esse missionem;  
 «istamque aut ordinariam esse, quæ à legiti-  
 «mis fit Ecclesiæ Prælatis, aut extraordi-  
 «niam, quam à Deo provenire non indub-  
 «tum.



« tatis signis & prodigiis comprobari debet.  
 « Qui neutram exhibet, pro ministro Eccle-  
 « siæ, vel Dei haberi nequit. Quomodo præ-  
 « dicabunt, nisi mittantur? Rom. X. 15. Nec  
 « quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur  
 « à Deo, tanquam Aaron. Heb. V. 14. Atque  
 « id quidem magnopere docendi sunt fideles,  
 « & à quovis nostrum hâc præsertim æctare  
 « solerter expendendum est; ut non simus par-  
 « vuli fluctuantes, & circumferamur omni vento  
 « doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad  
 « circumventionem erroris Ephes. IV. 14. Ad  
 « hunc eundem finem eæ, quas adhuc re-  
 « censuimus, notæ, quibus Christi sponsa à  
 « meretricibus distinguitur, sumimè diligen-  
 « tia considerandæ, atque animo infigendæ  
 « sunt, ut cum Augustino de veritate per-  
 « spicue quisque convictus dicere queat: In  
 « Ecclesia católica, ut omittam sincerissimam sa-  
 « pientiam, ad cuius cognitionem pauci spiritua-  
 « les in hac vita perveniunt.... Ceteram quippe  
 « turbam non intelligendi vivacitas, sed credendi  
 « simplicitas tutissimam facit: ut ergo hanc omis-  
 « tam sapientiam, quam in Ecclesia esse catho-  
 « lica non creditis, multa sunt alia, quæ in ejus  
 « gremio me justissime teneant. Tenent confusio-  
 « populorum atque gentium: tenet auctoritas mi-  
 « raculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta,  
 « vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri Apo-  
 « stoli, cui pascendas oves suas post resurrectio-  
 « nem Dominus commendavit, usque ad præsen-  
 « tem Episcopatum successio Sacerdotum; tenet  
 « postremo ipsum catolicæ nomen. Cont. Epist.  
 « fundamenti. C. 4.

## §. VI.

### *De Ecclesiæ stabilitate.*

**T**am vetus, quam nova lex eundem Aucto-  
rem, Deum, habet: utraque eundem princi-  
palem respicit finem, nec pe Jesum Christum  
Dominum universorum. Huic ab æterno præ-  
paratum est regnum indefectibile, quod indi-  
gitatur per Prophetam Daniel. Il. 44. “ Sus-  
“ citabit Deus cœli regnum, quod in æter-  
“ num non dissipabitur, & regnum ejus alteri  
“ populo non tradetur „. Per hoc regnum  
præsignatam esse intellectamque Ecclesiam  
Christi ab interpretibus passim adseritur. Hu-  
jus sacri imperii seu Ecclesiæ continuationem,  
vique ad finem sæculorum legimus apud  
Matth. XVI. 18. “ Tu es Petrus, & super  
“ hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam, &  
“ portæ inferi non prævalebunt adversus eam „.  
Item apud eundem Cap. XXVIII. 18 19 20.  
“ Data est mihi omnis potestas in cœlo & in  
“ terra. Euntes ergo docete omnes gentes,  
“ baptizantes eos in nomine Patris, & Filii,  
“ & Spiritus sancti. Docentes eos servare om-  
“ nia, quæcumque mandavi vobis. Et ecce  
“ ego vobiscum sum omnibus diebus, usque  
“ ad consummationem sæculi „.

Quod porro Christus illibatae sanctæque  
huic sponsæ suæ, quam acquisivit sanguine  
suo, indissolubiliter sit adhæsurus, eandemque  
usque ad finem sæculorum omnipotente sua



protectione conservaturus, vel ex eo solo con-  
ficitur, quod ipse sit potentissimum, invinci-  
bile, & indefectibile Ecclesiæ caput. “Ipse  
“ est caput corporis Ecclesiæ „. *Colossem. I. 18.*

Quis verò mortalium illud concutiet, at-  
que ē fundamentis evellet ædificium, quod ab  
omnipotente digito Dei fabricatum est, & im-  
mobili inædificatum Petræ? Quæ creatura  
Conditoris suæ domum indefectilem corruere  
faciet? “Ecclesiam vincere nulla vis potest  
“ (inquit S. Chrysostomus Homil. cùm de ejus ex-  
“ pulsione ageretur, Tom. 3. pag. 413.) Dei est  
“ Ecclesia, qui est omnibus fortior”. Et S.  
Hieronymus in cap. 5. *Isa.* ait: “Super petram  
“ fundata Ecclesia nullo turbine ventisque  
“ subvertitur „. Denique S. Augustinus in  
psalmum 60. n. 6. adseverat: “Non vincetur  
“ Ecclesia, non eradicabitur „.

Aliud igitur est, Ecclesiam impugnari; &  
iterum aliud, eandem expugnari. Si ergo  
Deus pro suâ Ecclesiâ, quis contra illam?  
Quis hominum suas cum omnipotente Deo  
poterit metiri vires, aut easdem efficaciter  
opponere conditori, Rectori & conservatori  
cœli & terræ? Incassum profecto omni fer-  
me ævo undæ utcunque frementes allideban-  
tur ad inconcussam petram, cui romana inædi-  
ficata est Ecclesia; perstat adhuc immobilis,  
atque perstabit inconcussa sub præsidio om-  
nipotentis usque ad finem mundi. Ubi est  
illa Monarchia, ubi illud regnum, quod tan-  
tas

tas inter procellas tanto constitit ac perdu-  
ravit tempore, quanto contra omnium ho-  
stium machinamenta sæuosque insultus Ec-  
clesia Christi semper mansit invincibilis? Ne-  
que tyrannorum gladius, neque venenatus  
adversariorum calamus huic sponsæ Christi  
mortale vulnus infligere, eamque ē medio  
tollere potuit: nimirum Monarchiae aliae ab  
*hominibus* erectæ, pariter ab *hominibus* aliis  
destructæ sunt & devastatæ: atvero Ecclesia,  
cujus Architectus est ipse Deus, neque infer-  
nali, neque humanâ potestate conteretur.

Neque etiam obstat, quod anterioribus  
temporibus multi quasi turmatim & publicè  
ab Ecclesia defecerint: “Nam oportet &  
“ hæreses esse, ut & qui probati sunt, ma-  
“ nifesti fiant in vobis,” *J. Cor. XI. 19.* Et  
aliunde Ecclesia certo fidelium numero non  
est adligata: discedant igitur quotquot vo-  
luerint, Ecclesia tamen semper copiosis, &  
undequaque diffusis sodalibus gaudebit atque  
cultoribus.

Dolendum quidem est, quod, scribente  
Apostolo ad *Titum Cap. I. 10. 11.* “Sint  
“ multi etiam inobedientes, vaniloqui & se-  
“ ductores... quos oportet redargui: qui  
“ universas domos subvertunt, docentes,  
“ quæ non oportet, turpis lucri gratiâ”  
Verum perversiones istæ, provido Dei con-  
filio, nunquam universales evadent. Perver-  
sores hujusmodi nil unquam in lucem edi-  
derunt,

derunt, quod per cordatos Ecclesiæ filios ex  
esse refutatum & ex fundamentis evulsum non  
fuit. Tanta porro est supremorum Pastorum  
vigilantia, ut pertimescendum non sit, ne  
totus grex pereat, et si lupus rapax nonnullos  
hincinde devoret incautos. Circa hoc præ-  
monuit nos *Paulus Act. XX. 29. 30. 31.* "Ego  
scio, quoniam intrabunt post discessione  
meam lupi rapaces in vós, non parcentes  
gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri lo-  
quentes perversa, ut abducant discipulos  
post se. Propter quod *vigilate* ,,"

Denique Author inst. theol. Tom. I.  
Diff. IV. Prop. II. pag. 373. ait: "Leve est  
etiam, quod à nonnullis objicitur, scilicet  
Ecclesiæ particulares deficere posse, &  
multas revera defecisse; ac proinde fieri  
posse, ut tota pereat Ecclesia: prorsus, in-  
quam, debile est hujusmodi argumentum;  
quiemadmodum enim ex eo, quod Epis-  
copus quilibet seorsim sumitus errori sit  
obnoxius, non sequitur, totam unanimem-  
que Episcoporum collectionem in iis er-  
rare posse, quæ ad fidem moresque per-  
tinent; ita pariter, licet Ecclesiæ particu-  
lares seorsim spectatæ deficere possint,  
malè concluditur, totam interire posse Ec-  
clesiam. Scilicet Christus Ecclesiæ univer-  
sali perpetuam durationem promisit; non  
vero particularibus Ecclesiis ,,"

# CAPUT II.

## *De Regimine Ecclesiæ.*

### §. I.

*Recensentur errores Protestantum.*

Postquam Ecclesia à Christo Domino ædificata, & ab Apostolis, eorūque successoribus propagata tanquam verus status sacer hierarchicus & inæqualis, tot jam Ææculis perstiterat immobilis; ædificium istud divinum arrodere, structuræ lapides commovere, sacram Hierarchiam ordinis æquè ac jurisdictionis destruere meditati, & incassum conati sunt Protestantes. Et quamvis omnis retro ætas christiana latum admiserit discrimen inter potestatem sacram, & profanam, atque utramque rectè diviserit & applicaverit in praxi; hi tamen suavis jugi constituti à salvatore pertæsi, idipsum excutere non sunt veriti: unde & factum, quod varia, sibi non raro opposita circa causas ecclesiasticas commenta Doctores eorum consarcinaverint, & in medium adulterint. — Audiamus ex ordine principales errores eorum & auctores.

*Hugo Grotius in suo Commentario posthumo de imperio summarum potestatum circa sacra, inter alia ponit sequentia:*



Imprimis Cap. 8. num. 10. "Ecclesia legislativam potestatem *lege divinâ* non habet; quare, quæ ante Imperatores christianos in Synodis conscripta sunt, ad ordinem aut ornatum facientia, habent aut solam consilii vim, aut obligant per modum pacti. Neque hæc rāmen obstante, quominus facultas aliqua legislativa Ecclesiis, Pastoribus, Presbyteris, aut Synodis concedi possit *humana lege*."

Verum si observare voluisset *Grotius*, Ecclesiam Christi esse societatem sacram institutam non ab humana voluntate, non ab arbitrario sociorum pacto, uti aliæ societates; sed ab ipsa voluntate Salvatoris nostri Dei, facile intellexisset, quod potestas legislativa Ecclesiæ *divina* sit; minimè verò *lege humana* constituta, & ab ea dependens.— Quomodo porro sibi cohæreat *Grotius*, dum alibi (*in animad. Privat. T. 4. p. 941.*) inquit: "Sicut exercitus, sicut navis regi non potest, nisi per gradus Præfectorum, qui *gradus in unum desinant*; ita nec in Ecclesiâ.... Hic ordo quis esse deberet, monstravit in Petro *Christus*, quisque definiverit. Sanè, si in Ecclesia sint gradus, in eâ quoque est subordinatio: si omnes isti gradus desinant *in unum*, omnes *uni capiti subjiciuntur*: si hunc ordinem in Petro monstravit & instituit ipse *Christus*, *divinus* est, *non humanus*: proinde à *lege humana* independens.



Pariter Grotius potestate in clavum, & quidem à Christo promanantem agnoscere videtur Cap. 10. num. 2. ubi inquit: "Christus ergo procū dubio is est, à quo jus prædicandi, Sacra menta exhibendi, & clavibus utendi oritur, & vim suam accepit; et si applicatio hujus facultatis ad certam personam fiat à pastoribus per ordinationem,".

Interea Grotius in pertractione hujus materiæ tam inconstans est & fluctuans, si non sibi ipsi in pluribus contradicens, ut Cl. Author Commentarii de finibus utriusque potestatis ecclesiasticæ; & laicæ, Cap. I. Pag. 9. Sequentē modo eum recenseat: "In universum diccam, adeo leviter, ineptè & perturbatè causam illam Protestantum à Grotio agi per totum librum, ut Grotium ibi non amplius agnoscas, nec Grotii acumen, diligentiam, fidem, Dixeris, sœpe ludere hominem potius, quam ferio ageres; adeo frequens est in diverticulis quærendis, & inanibus argumentorum sedibus conseptu dis: neque sanè id in adeo afflictâ & desperatâ causâ fieri aliter potuit. Sed & aliquando ab impietate non abest: ut quando Cyp. 8. num. 2. scribit: Nulla in re magis elucessit vis summi imperii, quam quod in ejus arbitrio est, quænam religio publicè exercetur (de rito publicæ Religionis corpore loquitur) idque præcipuum inter Majestatis jura ponunt omnes, qui politica scripserunt... Objicit sibi Grotius, hic errare posse im-

“ perantem, & statum Religionis fore insta-  
 “ bilem & incertum. Sed reponit, neminem  
 “ esse, qui falli nequeat. Contra, si pius est,  
 “ qui imperat, si diligens lector Sacrae Scripturae,  
 “ si assiduus in precibus, si Ecclesiae catholicae  
 “ reverens, si peritos attente audiens, multum,  
 “ ait, per illum proficit veritas.

“ In hæc scilicet absurdâ incurruunt ho-  
 “ mines, quando à recta via semel descive-  
 “ runt; prout à Protestantibus factum, qui  
 “ inter cœtera supremum etiam Religionis  
 “ & controversiarum judicem à Deo consti-  
 “ tutum abjecerunt: unde humani ingenii  
 “ mobilitati & arbitrio coacti sunt Fidem  
 “ ac Religionem suam permettere.”

Absona illa, quæ profiscuntur ex eo, quòd Protestantes jurisdictionem ecclesiasticam tribuant imperantibus politicis, eosque Fidei & controversiarum in causâ Religionis occurrentium statuant judices, indigitavimus supra Pag. 21. & seqq.

Samuel Puffendorfius Lib. de habitu Religionis christiane ad vitam civilem, inter alia §. II. comminiscitur, Ecclesiam non esse “ Statum à summo imperio civili separatum, vel exemptum. Scilicet per statum intelligimus (ait) ejusmodi conjunctionem plurium hominum, quæ imperio per homines administraro sibi proprio, & aliunde non dependentem communetur,

Et §. 32. inquit, "absurdas esse quæstiones, monarchica, aristocratica, an democratica forma competat Ecclesiæ: hæc quippe formæ cadunt in statum aliquem, seu civitatem: Ecclesia autem status non est,"

Paulò post subjicit: "Personarum, quæ respectu Ecclesiæ oriuntur, simplicissima est divisio in Doctores, & Auditores,"

Dum itaque Puffendorfius perficie negat, quod Ecclesia sit status, adoptato suo inhæret præjudicio, erigi *statum in statu*, si Ecclesia separatum à Republica civili statum constitueret; & hinc præter jurisdictionem profanam admittere recusat jurisdictionem sacram à Christo manantem, suisque tributam Apostolis, horumque successoribus.

Verum ineptiam, metumque inanem, ne erigatur *status in statu*, si Ecclesia Christi sit proprii nominis status, alio loco modò ad sufficientiam refutavimus; ubi & observavimus, *statum in statu* nunquam oriri, nisi dum uterque status est ejusdem generis & ordinis: atvero, dum iidem homines sunt subditi Ecclesiæ, simul atque civilis Republicæ, status ipsi gerunt omnino diversos tum ex parte institutionis, tum ex parte mediumrum, tum ex parte finis, qui maximè in subsequendâ salute & felicitate æternâ consistit: unde etiam docet experientia, quod quis simul esse possit bonus Ecclesiæ ex una, & itidem

itidem bonus Reipublicæ ex alia parte subditus; imò eos pañim esse optimos subditos Reipublicæ, qui optimi filii ac subditi Ecclesiæ esse comprobantur: ut proinde nulla ex eo collisio oriatur, quod Ecclesia sit *status sacer* felicitatem vel maximè æternam, Respublica verò status *politicus* speciatim felicitatem temporalem respiciens: quid? quod maxima sit utriusque hujus statûs recte ordinati concordia,

Quare *illusterrimus de Marca in Exordia Prolegomen.* Tom. I. inquit: “ Summa divini Numinis benignitate duobus *maximis praefidiis* instructa est humani generis societas ad felicitatem consequendam, *sacerdotio*, & *imperio*: quorum alterum divinis ministeriis se impendit, alterum componit Res publicæ statum, & humanæ vitæ tranquillitatem procurat; ita, ut ex utriusque concordia christiana Respublica cumulatissimis incrementis augeatur. Utraque potestatum suis limitibus est circumscripta, & in diffinis omnino negotiis exercetur, cum illa *spiritualibus* addicatur, hæc publicis (*politicos*) occupata sit „.

Quo porro fundamento adstruere quis poterit, Numen summè providum hanc ipsam infinitam suam providentiam, ad regulandam per legislatores & judices politicos felicitatem temporalem extendisse, quin & à potiore curaverit, ut in ordine ad obti-  
nendam

nendam felicitatem æternam. Præfules insti-  
tuerentur spirituali potestate muniti, iudi-  
cesque competentes relatè ad causas spiri-  
tuales & sacras? Sanè, quo nobilior ac prin-  
cipalior est finis, eo certior est cura quoad  
determinanda subjecta & media hunc finem  
promoventia. Si Respublica statum deposcat  
singularem pro fine Reipublicæ, à potiore  
Ecclesia status singularis est pro rectè adtin-  
gendo fine eidem præstituto.

Conficitur, quid sentiendum de *mudis*  
*Doctoribus*, & *Auditoribus*, quos quidem so-  
los *Puffendorfius* in Ecclesia adstruit, qui  
sacramadmitiat Hierarchiam à Christo Do-  
mino tam manifestè institutam, & à celeber-  
rimo sanctoque & univerjali Concilio Tridentino  
Ss. 23 Can. 6. reproduc[t]am his verbis: « Si-  
« quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse  
« Hierarchiam *divina ordinatione* institutam,  
« quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, &  
« ministris, anathema sit ». Ad quid *Docto-  
res*, si non sint missi, sique eorum Doctrina  
non sit consona Evangelio, & Ecclesiæ, si  
demum non doceant juxta mentem eorum,  
qui à spiritu sancto constituti sunt veritatis  
interpretes? Ad quid *Auditores*, qui ab iis,  
qui legitime haud sunt missi, genuinum ver-  
bum Dei non percipiunt, qui proinde nul-  
lam certam fidei regulam habent? — Sacram  
igitur divinamque subvertere Hierarchiam,  
idem est, ac à verbo veritatis auditum aver-  
tere, & Doctores sine vocatione, sine mis-  
sione,



sione, sine potestate, sine charactere, sine ordinatione & sine subordinatione intrudere, à quibus proinde auditores tanquam parvuli fluctuantes circumferuntur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, uti loquitur Apostolus *Ephes. IV. 14.*

Ex iis, quæ Puffendorfius §. 34. subjicit, dilucidè paret, quod ipsam etiam Ecclesiæ particularium junctionem, uti loquitur, aut potius Ecclesiam universalem totam à prærogativâ statutis excludat; loquitur enim ibidem in hunc modum: “Cùm itaque in “Ecclesiis particularibus ingens diffinitas “à statu adpareat, disquirendum est, num “fortè istæ Ecclesiæ inter se junctæ magnum “aliquem statutum absolvant?”

Verum, negat & hoc Puffendorfius; quoniam (ut ait ibidem) “in sacris literis (quod “novum statutum formaturis quam maximè “necessarium erat) non designatur certus “locus, unde in reliqua foret Régimen; “non designantur ille, vel illi, penes quem, “vel quos in reliquos gubernatio esse desi-“beat; non ostenditur modus communica-“tionis cœterorum cum Sede Regiminis,”

Meritò autem ad inconditum hunc Puffendorfii discursum responderet *Author Libri de finibus utriusque potestatis Cap. I. n. 78.* in modum sequentem: “Hæc risuue vel com-“miseratione potius digna sint, non desi-“gnantur ille, vel illi, penes quem, vel quos in reliquos gubernatio esse desi-“beat; non ostenditur modus communica-“tionis cœterorum cum Sede Regiminis,”

“niam. Sed hic cogitandi modus erat **III**  
“necessarius, qui Primum Petri Aposto-  
“lorum Principis, & Pontificum Romane-  
“rum Sedem Petri tenentium, Primum  
“inquam, hunc institutum à Christo, insi-  
“ciari vellat cum suis „.

**D**etrectat nempe *Puffendorfius* explicitè  
confiteri, Ecclesiam verum esse statum; qui  
tamen gravissimas sit ausus omittere ratio-  
nes complures in contrarium pugnantes: nam  
§. 35. ita prosequitur: “ Colorem aliquis  
“habet, quod jactatur, melius & firmius  
“unitatem fidei servari, controversias com-  
“poni, ac hæreses compesci atque extingui  
“posse, si in unum statum coaluerint om-  
“nes per orbem terrarum Ecclesiæ, & ab  
“uno capite, sive Princeps is sit, sive sena-  
“tus è pluribus constans, regantur „.

**P**rofectò, conservatio unitatis fidei, con-  
troversiarum in Religione compositio ac de-  
terminatio, Hæresum extrinctio momenta  
sunt tanti ponderis, ut omnem colorem &  
jactantiam superent & excedant. Cùm itaque  
hæc singula ad debitum nequeant effectum  
deduci, si Ecclesia non sit status universalis,  
& quidem hierarchicus; consequens est, quod  
hūic ecclesiastico Regimini ab ipso Christo  
Domino instituto opponi validè nihil possit;  
unde etiam absurdum est, quod *Puffendorfius*,  
juxta allegata in prioribus, dicat, qua-  
stiones, an forma monarchica, an alia com-  
petat Ecclesiæ, esse absurdas.

*Fustus Henningius Böhmer*, postquam in  
jure suo parochiali exposuerat notiones &  
differeniam societatis æqualis, & inæqualis,  
*Cap. 20. §. 14.* querit, qualis societas sit Ec-  
clesia? ac subdit: "Si est inæqualis, impe-  
rium, & obediendi gloriam supponere  
debemus, & ita favemus imprimis Clero  
& pontificio, Hierarchiam quandam singenti, &  
suprematum Præfuli Romano universalem ad-  
scribenti,"

Itaque §. 19. resolvit, quod Ecclesia sit  
societas æqualis; quodque sit species aliqua  
*Collégii*. Plura alia ad idem collimantia addit,  
quibus brevitatis causa supersedeo referendis.

Mirandum profectò, quod viri aliquin  
celebres, in ponderosissimâ hac causâ, qua  
ipsam concernit salutem aeternam, tantopere  
hallucinentur, ut Regimen Ecclesiæ, cuius  
fundator & institutor divinus noster Salvator  
ac Magister est, non ab Hujus claris verbis,  
sed à proprio suo arbitrio dimeriri velint  
atque determinare.

Sane Christus Petro, ac reliquis Aposto-  
lis dedit potestatem solvendi, atque ligandi;  
adeoque jurisdictionem in alios sibi quoad  
hoc forum commissos, atque subjectos, ve-  
luti infra probabitur enucleatus & invictè;  
proinde ex institutione Christi Ecclesia non  
est societas æqualis, sed inæqualis; talis nem-  
pe, in qua viger instituta divinitus potestas

sacra

sacra leges ferendi, & per ipsas fideles regendi, mediisque ad tempore ad præstitutum finem deducendi &c. Igitur in Ecclesia verum est imperium sacrum, distinctum ab imperio profano, ita tamen, ut utrumque optimè conciliari possit. Opponam hoc loca Bæbmero in primis ex ipsa Protestantum Ecclesiæ Jacobum I Regem Anglie, qui in monitoria p[re]fatione ad christianos Principes de Apologia pro juramento fidelitatis æqualitatem in Ecclesia rejicit sequentibus adscriptionibus:

“ Episcopos esse in Ecclesiâ debere, tam  
 “ quam institutionem apostolicam, ac ordi-  
 “ nationem proinde divinam, contra Purita-  
 “ nos semper sensi..... Cœlum cœlestaque  
 “ spiritus per ordines, ac discrimina disponi  
 “ ac gubernari scimus; imò nec inferi sine  
 “ suo quodam ordinae & distinctione stare  
 “ possunt..... Qui igitur cœtus in terris ali-  
 “ quis confusus permistusque, nullo ordinum,  
 “ dignitatumque discrimine, possit consistere?  
 “ Episcopos, & Ecclesiæ Hierarchiam, & inter  
 “ ipsos Episcopos ordinem aliquem, ac dis-  
 “ crimen libens agnosco „.

Opponam deinde e Protestantibus Samuelem Basnagium, qui in Dissertatione quarta, quam inscripsit de Ecclesiastico tribunal, §. I, ita loquitur: “ Tribunal Ecclesiæ jubente Deo  
 “ erectum fuisse, faciles largimur Baronio.  
 “ Etenim nulla societas consistere potest abs-  
 “ que auctoritate p[ro]genias illis irrogandi, qui  
 “ com.



“ compositas sanctitasque leges evertunt atque perfringunt. Propterea Apostolus (1, *Timoth. 5.*) meminit Presbyterorum, qui bene præsunt; & *Timotheum* monuit: *Accusationem ne recipito, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Quibus constitutum in reos judicium indicatur* „.

Pergit *Basnagius*: “ Suæ sunt delinquen-  
tibus castigationes ab Ecclesia impositæ,  
irrogatio censurarum, interdictio Sacra-  
mentorum, ex grege fidelium ejectio: qui  
actus spirituali sunt Potestati consentanei „.

Addit ulterius: “ Neque à Principiū  
voluntate Ecclesiæ tribunal, sed ab ipso  
Christo originem ducit. . . . Neque Princi-  
pes, sed Episcopos constituit spiritus sanctus  
ad pascendam Ecclesiam Dei. . . . utraque  
potestas, politica scilicet & ecclesiastica, can-  
& celis limitibusque circumscrribitur suis  
qui prorogari non debent „.

Opponam insuper verba *Wilhelmi Beve-  
regii* viri inter Protestantes cordatissimi, qui  
in *Prolegomenis ad Synodicon &c.* 2. inquit:  
“ Si de fide loquamur christianā, & legibus  
ad ecclesiasticam spectantibus disciplinam, ipsi  
eriam Imperatores Christiani ingenuè mul-  
toties professi sunt, nihil sibi juris in isti-  
usmodi sanciendis rebus tributum esse.  
“ Sic Constantinus magnus, Valentinianus,  
Marcianus, Theodosius, aliique. *Quin*  
*ipse*

ipse etiam omnium peritissimus legum  
 Imperator Justinianus in ea fuit sententia,  
 leges nempe civiles non præcedere debere,  
 sed sequi ecclesiasticas, idque sine dedig-  
 natione. (Novellā 83.) Hinc est, quod etiam-  
 si Imperatores multa de ecclesiasticis per-  
 sonis, & rebus in suis constitutionibus  
 ediderint; nihil tamen *de novo* constitue-  
 runt, sed ea tantum, quæ ab ecclesiasticis  
 Synodis prius constituta fuerant, ipsi suā  
 etiam auctoritate confirmarunt: adeo, ut  
 quæcumque in Codice, aut in Novellis, de  
 personis causisque ecclesiasticis assertantur,  
 ab ecclesiastica aliquā potestate antea san-  
 cta fuerint, quam illuc relata; ut ex fin-  
 gulorum istiusmodi locorum inductione  
 cuivis canonici pariter atque politici pe-  
 rito juris facile patebit.

Porro Bœlimeri aliorumque sociorum  
 ejus commentum, quod Ecclesia Christi sit  
 societas æqualis eō vel magis evanescit, quod  
 majores sunt rationes, quod Christus sacram,  
 à civili distinctam fundaverit rempublicam;  
 quo circa Gelasii I. Papæ, *de Anathem.* vin-  
 cul, notus est locus, ubi inquit: "Christus  
 memor fragilitatis humanæ, sic actionibus  
 propriis dignitatibusque distinctis, officia  
 potestatis utriusque discrevit, ut & chri-  
 stiani Imperatores pro æterna vita Pontifi-  
 cibus indigerent, & Pontifices pro tem-  
 poralium cursu rerum imperialibus disposi-  
 tionibus uterentur; quatenus militans Deo  
 mini-



“ minime se negotiis sacerdotalibus implicaret,  
 “ ac vicissim non ille rebus divinis praesidere  
 “ videretur, qui esset negotiis sacerdotalibus  
 “ implicatus: ut & modestia utriusque or-  
 “ dinis curaretur, ne extolleretur utroque  
 “ suffultus, & competens qualitatibus actio-  
 “ num specialiter professio aptaretur ,”

Recitato Gelasii loco (*inquit author Com-*  
*mentarii de finibus utriusque potestatis Cap. I.*  
*241.*) subdit Meldensis Bossuetus *Defens. De-*  
*clar. Gall. Lib. I. sect. 2. cap. 34.* “ Duas  
 “ omnino causas memorat, cur ambae po-  
 “ testates suis fibibus circumscriptae , suis  
 “ addictæ sint officiis. Primum , ne superbia  
 “ efferretur, in quem congesta essent om-  
 “ nia: tum, ut quisque se ad ejus ordinis,  
 “ quem professus esset, actiones eò facilius  
 “ aptaret, quò cujusque actiones diligentius  
 “ inter se distinctæ essent. Addi posse vides  
 “ rur & tertia causa: ut scilicet societas &  
 “ vinculum eò fortius inter homines consti-  
 “ tueretur, quando ea, quibüs una generis  
 “ humani pars indigeret , in matu essent  
 “ alterius partis: nimurum vita æterna in  
 “ manu Pontificum, vita temporalis in ma-  
 “ nu Imperatorum ,”

Diversitatem imperii sacri , & civilis apte  
 etiam indigitat S. Chrysostomus *Hom. IV. in*  
*illa verba Isaiae: Vidi Dominum, ubi ait: “ Ille*  
 “ (imperans civilis) quidem opportunè ea,  
 “ quæ sunt in terris, fortitus est admini-  
 “ stranda:

stranda: cœterum Sacerdotii Jus & supernis  
 descendit; quæcumque enim ligaveritis &c.  
 Regi ea, quæ hic sunt, commissa sunt,  
 mihi cœlestia: *mibi*, cùm dico, Sacerdorem  
 intelligo. Itaque cum videris sacerdotem  
 indignum, ne traducas sacerdotium; non  
 enim oportet damnare res, sed eum, qui  
 re bonâ malè utitur: quandoquidem &  
 Judas proditor fuit; verùm non ob id  
 accusatur ordo apostolicus, sed illius (*Ju-*  
*dae*) animus: nec crimen est sacerdotii,  
 sed malum animi. Regi corpora commissa  
 sunt, sacerdoti animæ. Rex residua pecu-  
 niarum remittit, sacerdos autem residua  
 peccatorum.... ille habet arma sensibilia,  
 hic arma spiritualia: ille bellum gerit cum  
 Barbaris, mihi bellum est adversus Dæ-  
 mones: major hic Principatus; propterea  
 Rex caput submittit manu sacerdotis, &  
 ubique in veteri scripturâ sacerdotes inun-  
 gebant Reges,,

Denique non abs re erit in præsente  
 negorio audire *Mart. Gerbert. de legit Eccles.*  
 potest. *Lib. II. Cap. 3. in fine*, ita differentem.  
 Hanc divinam Ecclesiæ suæ prospicientem  
 solicitudinem & providentiam utram no-  
 biscum revererentur adversarii, agnosce-  
 rentque Christum Ecclesiæ suam sic con-  
 stituisse, ut non solum sibi ipsi sufficiat,  
 nec alieno imperio ac regimine indigeat;  
 sed etiam ordinum amplitudine, maiestate,  
 auctoritateque omnia mundi regna longo  
 post

post se relinquat intervallo: nec mundanorum regnum vicissitudinibus subsistit. Arque ab hostibus suis, quos infernus nunquam non contra illam instruit, tantum abest, ut quid sibi timendum sit, quin hoc semper singulari Numinis divini benignitate, & forti consilio factum cernimus, ut lacesita, amplitudine & decore crescat; & quod de persecutionibus Ethnicorum professa est antiquitas, sanguinem Martyrum esse semen Christianorum, id de insultibus Hæreticorum etiam verum sit, Ecclesiam inde novum florem, decorem, & amplitudinem nancisci.

## §. II.

*Quænam sit forma Regiminis in Ecclesia Dei?*

Cùm Christus Dominus suam ipsiusmet fundaverit Ecclesiam, liquidò consequitur, quod ipse auctor sit & institutor Regiminis ecclesiastici; quod proinde nulla alia Regiminis forma in Ecclesiâ admitti debeat, quam ea præcisè, quæ à divinâ Christi institutione profluxit. Itaque Regiminis ecclesiastici formam determinare ac figere non à volatili hominum arbitrio, sed à mente, & institutione Christi dependet; quam quidem Christi mentem ex propriis ipsius verbis & factis, ex doctrina & praxi Apostolorum & Ecclesiae, ex scriptura & traditione haurire juvat.

juvat. — Certum verò videtur in antecessum, quod Christus in suâ Ecclesiâ, tanquam societate omnium præstantissimâ, eam instituerit Regiminis formam, quae inter alias est perfectissima. — Videamus itaque an purè monarchicum, an monarchicum aristocratiâ temperatum, an denique aliud ab utroque distinctum Regimen pro sua Ecclesia definierit Christus.

Quando ipse met Christus adhuc in terris degens, & Ecclesiâ jam tum modò ab eo institutâ, ejusdem ageret visibile caput, supremum istud utique sacrum exercuit imperium. *Author Febronii abbreviati, Tom. I. Pag. 92.* de imperio Christi rectè inquit: "Respectu Christi imperium in Ecclesiâ propriè & perfectè monarchicum nemo negabit; ipse enim est supremus & independens Doctor, Legislator, Rex, Dominus & Monarcha. Pater Cœlestis de cœlo jussit, eum audire: ipsum audite. Matth. 3. Quo declaratur Doctor & Magister totius orbis. De Christo dicitur psalm. 3. Ego autem constitutus sum Rex super Sion, montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus... Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram. Et, omnia mibi tradita sunt à Patre meo. Matth. 11. Data est mibi omnis potestas in cœlo & in terra. Matth. 28. Dein, ut præteream innumera Prophetarum, tum alia veteris & novi testamenti testimonia, nonne Christus propriâ authoritate Ecclesiam, quae est Regnum ejus, fundavit, leges & præcepta dedit, ministros & pastores ordinat,



erit, præmia merentibus, & supplicia magno le facientibus æterna constituit? ab omnis  
 potestas ab eo solo in Ecclesiam manavit,  
 ut quæ dispersa per singulos ad ipsum rati-  
 quam ad fontem revocatur. Ejus potestas  
 est suprema & independens. Num quid  
 amplius pro supremo Monarchâ desideres?  
 nisi fortè fastum, pompam, & externa  
 Potestatis insignia adesse velis? verum hæc  
 suâ doctrinâ & miraculis ita supplevit, ut  
 etiam Dæmones coram ipso contremisce-  
 rent, & homines stupore ac reverentiâ  
 perfunderentur.

Christus igitur fuit primum visibile ca-  
 put Ecclesiæ, mansitque tale à primâ Eccle-  
 siæ erectione, usque ad suam gloriosam in  
 cœlos ascensionem; post quam caput Ecclesiæ  
 invisibile permanens est usque ad consum-  
 mationem saeculi.

Cùm itaque Christus Ecclesiam suam  
 perdurare voluerit usque ad finem mundi,  
 quin tamen ipse quæ caput *visibile* eandem  
 regere posset post ascensionem suam; hinc  
 necessum erat, aliud visibile caput, tanquam  
 universalem suum vicarium, constituere, com-  
 mensuratam summæ dignitati potestatem  
 eidem tribuendo: insuper aliis opus erat Ec-  
 clesiæ Rectoribus, cum quibus vastum  
 Ecclesiæ Regimen adtemperata ratione ita  
 divideretur, ut tamen in uno semper capite  
 supremâ munitione potestate concurrerent.

Quodsi

Quod si sicut innotescat, si qualem pro regendâ Ecclesiâ potestatem Christus Petro, & legitimis ejus successoribus summis Pontificibus, qualemque Apostolis, horumque Successoribus Episcopis concederit; facile intelligitur, qualem Regiminis formam Christus Dominus in suâ Ecclesiâ instituerit.

Præprimis rem ipsam ex sacris paginis evolvamus.

*Fundamenta ædificandæ suæ Ecclesiæ altero jam modò suæ prædicationis anno jecit, dum post multos paulatim selectos discipulos, "Exiit in montem orare, & erat per noctans in oratione Dei; & cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream &c. Lucæ IV.*

" 12. 13. 14.,. Hujus intuitu loci notandum, quod duodecim e discipulis electos Dominus nuncupet *Apostolos*, antequam charactere Episcopali erant insigniti; claro indicio, quod *Apostolatus* & *Episcopatus* promiscue non sint usurpandi; quodque successores in *Episcopatu*, propterea non dicantur successores in *Apostolatu*.

Eredit ergo Christus *ex multitudine discipulorum duodecim Apostolos*, quos & suo tempore charactere Episcopali insignivit, & propterea *sub ratione Apostolatus* misit ad prædicandum *Evangelium*, ejusdemque verita-

tes, ubi opus fuerit, prodigiis confirmandum. — Porro ex duodecim Apostolis elegit Petrum, & in ordine ad Ecclesiam tuam perficiendam huic competentem, expost & allis concernentem tribuit potestatem ac jurisdictionem. Perspiciamus singula ex serie & ordine gesto, à Petro exordium ducendo.

**Matt. XVI. 13. seqq.** legimus: « Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: alii Joannem baptistam, alii autem Eliam, alii verò Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Dicit illis Jesus: vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi. Respondens autem Jesus dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, qui tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quocunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quocunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis „.

Occupatur hoc loco Christus in designando & constituendo capite universæ Ecclesiæ; dicit enim: & super hanc petram

adificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Non alia profectio est ipsa Ecclesia Christi, contra quam portæ inferi non prævalebunt, quam Ecclesia universalis. Hujus ergo Ecclesiæ claves Christus Petro tradit, cum potestate quocunque ligandi, ac quocunque solvendi: adeoque ei iurisdic̄ionem tradit in Ecclesiam universalē: & hanc universalem potestatē clavium solidat Petro, utpote quem solum alloquiatur verbis undequaque manifestis. Jesus dixit ei, Petro. Beatus es, Simon. Caro & Sanguis non revelavit tibi, Petro. Ego dico tibi, quia tu es Petrus. Et tibi Petro, dabo claves regni cœlorum.

Quis nunc verba Christi tam luculenta & clara ad alienum sensum detorquere auſtit? verba scripturæ in hoc loco tam clara sunt, ut à mente Christi ex industria recedere velle videatur, quisquis contrarium iis sensum affingere comminiscitur.

Unde illustrissimus Episcopus Nicolaus Coefeteau Lib. I Cap. 7. in Apologetico pro sacra Monarchia adversus rem publ. Marc. Anton. de Dominis rectissimè inquit: "Vix ac ne vix quidem in animu n induxerit sanæ mentis homo, Christum tot, ut ita dicam, ceremoniis circa Petrum usum, ut efficeret nihil. Quid igitur sibi volebat splendor ille verborum: & tibi dabo claves regni cœlorum? Sanè, quoties scripture uitur meta-

metaphorā clavum, significat potestatem,  
 non quamlibet, sed eximiam quandam ac  
 singularem. Itaque cū apud *Isaiam*,  
 Cap. XXII 22. vellet Deus significare,  
 daturum se Eliacim summam auctoritatem  
 in aulā regiā, dixit: "Dabo clavem domūs  
 David super humerum ejus, & aperiet,  
 non erit, qui claudat, & claudet, & non erit,  
 qui aperiat. Hoc enim de eximia quadam  
 & singulari auctoritate scriptura interpre-  
 tata est. Et apud *Lucam* Cap. XI. 52. Christus:  
 vae! volis legisperitis, qui tulistis clavem  
 scientiæ; id est, qui vobis arrogatis sum-  
 mam auctoritatem interpretandi scripturam.  
 Et in *Apocalysi*, Cap. 18. ut Christus in-  
 dicaret, se unum habere potestatem vitæ  
 & mortis, & occidere posse, & ad vitam  
 revocare, dixit, se habere clavem mortis ac  
 inferni: id est, suminam vitæ ac mortis  
 potestatem & imperium. Et rursus, ut  
 indicareret, se esse omnium maximum in  
 regno David, dixit, se habere clavem do-  
 mūs David. *ibid.* III. 7. Ergo pari ratione  
 hoc loco, cū sit Petro dictum à Christo;  
 "Tibi dabo claves regni celorum, eximia quo-  
 que ac singularis aliqua potestas Petro  
 concessa est".

Cū itaque Christus soli dixerit Petro,  
 Super te ædificabo Ecclesiam meam, id est  
 universalem, eam nempe, contra quam por-  
 tæ inferi nunquam prævalebunt; cumque de  
 his Ecclesiæ clavibus fermo procedat,

una cum potestate spirituali solvendi, atque ligandi; consequens est, quod potestas illa haec sive jurisdictione universalis sit, divinitus, seu jure divino collata sit; quod potestas illa ligandi, ac solvendi propria sit & universalis puncto curae animarum, & intuitu sacramentalis judicij ligandi, aut solvendi; quod insuper ista potestas sit propriè rectoria relate ad omnes Christi fideles sine exceptione; quod proinde pro gubernanda totâ Christi Ecclesiâ potestas illa sit legislativa, inspectativa, & executiva; quod per consequens deinde Petrus, & legitimi ejus in summo sacro Principatu seu Pontificatu successores sint universales Pastores, & Rectores totius Ecclesiæ Christi, quorum subjectioni se nullus, absque violatione divini juris, se se subducere potest: omnes Christi fideles ad universale spectant ovile; omnes sunt oves Christi, oves summi ejus in terris Pastoris, legitimi scilicet vicarii Christi. — Quod Primatus iste præ ceteris Apostolis præcisè Petro promulgas à Christo fuerit, & opportunè collatus, solemnis ejus confessio de Divinitate Christi promeruit; veluti ex ipso adiati texitus decursu patescit.

Circa illa, quæ apud S. Lucam de Primatu Petri legimus, tam succinètè ac solidè Cl. Zallinger Lib. V. j. eccl. p. & CCCXXIX. rem expendit, ut conveniens omnino duxerim; integrum istum hoc loco consignare paragrum; ut sequitur:



" Fidei & unitatis inter fratres conservanda  
 " firmamentum in fide Petri consti-  
 " tutum à Christo fuisse, non obscure do-  
 " cet ea Servatoris asseveratio, ac præceptio  
 " Petro facta in ultimâ coenâ. Ait Dominus:  
 " Simon, Simon, ecce Satan aspettivit uos;  
 " ut cibraret sicut triticum. Ego autem regavi  
 " pro te, ut non deficiat fides tua: Et tu dili-  
 " quando conversus confirmas fratres tuos. *Lucas*  
 " XXI. 31. 32. Tria hic animadvertenda  
 " sunt: postulatio Satanae de cibrandis Apo-  
 " stolis: oratio Christi, ne Petri fides defiu-  
 " ceret: & cura ei delata confirmandi fratres.

" Nulla fuit Dæmoni adversus Aposto-  
 " los potestas, nisi Deo permittente; quem-  
 " admodum de *Jobo* constat. I. 12. Meta-  
 " phora ex tritici cibratione ducta, mirè  
 " exprimit discrimina, quibus servos suos  
 " periclitatur Deus, quò puriores & sanctio-  
 " res efficiat. Cibrandi vocabulum usurpat  
 " Amos IX. 9. ut judæorum ærumnas ac  
 " dispersionem significet: concutiam in iomni-  
 " bus gentibus domum Isræl, sicut concutitur  
 " triticum in cribro.

" Cur pro Petro imprimis orat Christus? Respondeat S. Leo Seu m. 83. Cap. 3.  
 " in Nativ. Apost. Petri & Pauli. Commune  
 " erat omnibus Apostolis periculum de tentationis  
 " formidine; & divinæ protectionis auxilio pari-  
 " ter indigebant, quoniam diabolus omnes ex-  
 " gitare omnes cupiebat elidere; & tamen spe-  
 " cialis

"tialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro  
 "Petri fide propriè supplicatur, tanquam alio-  
 "rum status certior sit futurus, si mens Prin-  
 "cipis victa non fuerit. Vulnerata est Petri  
 "fides, cùm negaret Christum, non ex-  
 "stincta vivebat in mente fidei radix, stá-  
 "timque per pœnitentiam refloruit, uti  
 "Calmetus ex Patribus observat in commen-  
 "tario bujus loci. Ac tum quidem promissum  
 "potius summi Principatus, quam Princi-  
 "patum ipsum tenebat. Petrus Ecclesiae præpo-  
 "nitur, postquam tentatus à Diabolo est; ideo-  
 "que ante significat Dominus, quid sit illud,  
 "quod postea eum Pastorem elegit Dominici gre-  
 "gis. S. Ambros. in psalm. XLIII. V. & in-  
 "ter gentes.

"Officium confirmandi fratres in fide  
 "Petro injunctum, aperius indicant ea  
 "verba: *conversus confirma fratres tuos*, quam  
 "ut declaratione egeant. Conversus Petrus  
 "ad bonam frugem, & ventilatus sicut tri-  
 "ticum, sit panis, qui *nobis esset alimentum...*  
 "In *eternæ vitæ & salutis alimentum*, subdit  
 "S. Ambrosius eodem loco. In hunc sen-  
 "sum & S. Bernardus Epist. 190. ad Inno-  
 "cent. II. ait: *Oportet ad vestrum referre Apo-*  
*stolatum pericula quæque & scandala emergen-*  
*tia in Regno Dei, & præcipue, quæ de fide*  
*contingunt. Dignum namque arbitror, ibi po-*  
*pissimum resarciri damna fidei, ubi non possit*  
*fides sentire defectum. Hæc quidem bujus præ-*  
*rogativa sedis. Qui enim alteri aliquando dic-*  
 "tum



“ tuum est: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. Ergo quod sequitur, à Petre successore exigitur: Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos „.

Ad quod ante mortem suam Christus præparavit & designavit Petrum, ad universalem nempe Ecclesiæ suæ cum jurisdictione Primitum, hunc eidem re ipsa contulit, post gloriosam suam Resurrectionem, Joann XXI. 14. seqq. ubi disertè ponuntur sequentia: “ Jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Joannis diligis me plus bis? Dicit ei: etiam Domine, Tu scis, quia amo Te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? Ait illi: etiam Domine, Tu scis, quia amo Te. Dicit ei: pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis amas me? Confristatus Petrus, quia dixit ei tertio amas me; & dixit ei: Domine Tu omnia nosti: Tu scis, quia amo Te. Dixit ei: PASCE oves meas „.

Tradit igitur Christus hoc loco, post contestatam nempe ex parte Petri tertiam vice singularem & præminentem erga Christum dilectionem, & post iteratam Deitatis Christi confessionem, Petro integrum gregem passendum, agnos nempe, simul & oves; id est, iuxta communissimam sanctorum Patrum sen-

sententiam, universum cœtum christianum  
cujus Petrum supremum Pastorem consti-  
tuit. Confessioni iteratæ Deitatis per hæc  
verba: *Domine Tu OMNIA nosti, & præeminentis*  
*dilectioni indigita æ per illud diligis me PLUS*  
*HIS, id est, magis, quām cœteri discipuli,*  
*præeminens quoque dignitas constituta fuit.*

Hujus intuitu præminentiae, & potesta-  
tis universalis in totum fidelium gregem in-  
cathedrâ Petri persistentis, inquit S. Bernar-  
dus Lib. III. de considerat. ad Eugen. Pap:  
“Habent Episcopi sibi assignatos greges,  
“ singuli singulos: Tibi universi crediti, uni  
“ unus, nec modò ovium, sed & Pastorum  
“ TU UNUS OMNIUM PASTOR. Unde id pro-  
“ bem, quæris? Ex verbo Domini: pasce &c.,”

Quod porro per *pascere* intelligi debeat  
propria & vera commissum gregem regendi  
gubernandique Potestas, saltem inter catho-  
licos nemo negaverit; ne alias compellatur  
admittere absurdissimum istud, quod Epis-  
copi tanguam veri *Pastores* gregis sibi com-  
missi eundem debitâ ratione regendi guber-  
nandique Potestate non gaudeant.

Sanè per τὸ *pascere* ex usu S. Scripturæ  
vera Potestas *rectoria* designatur: uti dum  
Israelitæ ad Davidem II. Reg. V. 1. 2. dice-  
rent: “Ecce nos os tuum, & caro tua su-  
“ mus: sed & heri, & nudius tertius cum  
“ esset Saul Rex super nos, tu eras edic-  
“ cens

“ cens & reducens Israel: dixit autem Do-  
“ minus ad te: tu pasces populum meum  
“ Israel „. Item Cyrus Pastor nominatur *Isa*  
“ XLIV. 28. Qui dico Cyro: Pastor meus  
“ es, & omnem voluntatem meam complebis.”

Primatum quem tenuit Petrus, eundem  
& legitimis ejus successoribus, Romanis nem-  
pe Pontificibus competere, nemo sanus in  
dubium vocaverit: unde superfluum foret, in  
eam rem fusius excurrere. Profectò rationes,  
ob quas Primatus à Christo fuit institutus,  
non desierunt in Perro; sed adtingunt ac  
concomitantur Ecclesiam usque ad finem sa-  
culorum; ut proinde eosque etiam Prima-  
tus ille continuandus sit ac conservandus.

Luculentam veritatem, quam nobis S.  
Scriptura de divino Primate Petri, & con-  
sequenter successorum ejus suppeditat, ipsa  
etiam generalia Ecclesiæ Concilia expendunt,  
arque proponunt. Sic *Concilium generale La-*  
*teranense IV.* celebratum 1216. C. 5. docet:  
“ Romana Ecclesia, disponente Domino, super  
“ omnes alias ORDINARIE Potestatis obtinet  
“ Principatum, utpote Mater univerorum *fi*  
“ delium & Magistra „.

*Concilium generale Florentinum anno 1439,*  
*in definitione Fidei Tom. 13. Concil. Labb.*  
*Pag. 515.* Græcis æquè ac latinis conser-  
tentibus, disertissimis verbis statuit atque  
pronunciat: “ *Definimus, sanctam apostolicam*  
“ *Sedem*

“ sedem & Romanum Pontificem in universum  
 orbem tenere Primum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri  
 Principis Apostolorum, & verum Christi  
*Vicarium*, totiusque Ecclesiæ caput, & omni-  
 nium Christianorum Patreni & Doctorem  
 existere, & ipsi in B. Petro PASCENDI, RE-  
 GENDI & GUBERNANDI ECCLESIAM UNIVERSALEM  
 A CHRISTO PLENAM POTESTATEM TRADITAM  
 ESSE; quemadmodum etiam in gestis con-  
 ciliorum œcumenicorum, & in sacris ca-  
 nonibus continetur „.

Hanc Concilii Florentini Definitionem  
 postquam in extenso quoque retulerat Cl.  
*Veronius in Regula Fidei*, § XV. Pag. 139.  
 subnectit: « Hoc ergo est de Fide, quia pro-  
 positum à Concilio universali. .... hoc  
 præsertim, in quo Græci & Latini con-  
 federunt, & exactissimè potestas hæc fuit  
 à Græcis præsertim discussa „.

Author *Instit. theologic.* Tom. I. Diff. VI.  
*Prop. IV.* præmissâ probatione, quod Pri-  
 matus Romani Pontificis juris sit d. vni, &  
 post allegatum, ut supra, Concilium Flo-  
 rentinum, Pag. 473. sequentia subdit: « Ne-  
 que dixeris, Ecclesiam gallicanam in hac  
 parte à Concilio Florentino, vel à cœte-  
 ris Ecclesiis dissentire; jam enim ante illam  
 Synodum celeberrimus *Gerson*, Cancella-  
 rius Parisiensis universitatis dixerat: Status  
*Papalis constitutus est à Christo supernatura-*  
*mmodo* »

scilicet & immediate, tanquam Primitatu<sup>m</sup>  
subens.... quem Primum quisquis impugnare  
vel diminuere præsumit, si hoc pertinaciter  
faciat, Hæreticus est, Schismaticus, impius,  
atque sacrilegus. Lib. de statib. Eccles. Consid. I.

Pergit eadem paginâ *Author. Instit. theologic.* " Illustrissimus Bossuet in luculento opere  
cui titulus: *Expos. de la Doctrine de l'E-  
glise catholique. Art. 21.* docet, Primum  
ex jure divino non inter ea numerandum  
esse, de quibus liberè disputatur in scho-  
olis: agnoscendum esse *Caput à Christo in-  
stitutum*, *Authoritatemque Cathedrae Petri*  
*certum habere fundamentum in Evangelio,*  
*& evidens in continua Traditione testimonium.*  
Denique Clerus Gallicanus Anno 1682. in  
Præfatione declarationis suæ de Potestate  
Ecclesiastica conqueritur, non deesse, qui  
Primatum B. Petri, ejusque successorum Ro-  
manorum Pontificum à Christo institutum...  
imminuere non verentur",

Qualem vero Primatum *Author. institut.  
theologic.* intelligat, uberioris expendit Tom.  
I. Diff. VI. Prop. III. Pag. 470. ubi lin-  
quit: "Talis est Romani Pontificis Prima-  
tus, quam definivit Ecclesia; atqui Pri-  
matum Jurisdictionis Romano Pontifici com-  
petere Ecclesia definivit: eum enim Pri-  
matum in Concilio Constantiensi assertuit  
Ecclesia, quem negarunt Wiclefus & Joan-  
nes Hus; atqui Primum Jurisdictionis uter  
que

“ que rejecit. Quæ fuerit Concilij metus,  
 clarius etiam aperit Bulla Martini V. quā  
 jubet interrogari, qui suspectus fuerit,  
 “ An credat, quod Papa canonice electus.  
 “ Sit successor beati Petri, habens SUPREMAM  
 “ AUTORITATEM in Ecclesia Dei. Collect. Labb.  
 “ Tom. 12. Pag. 270.

Pergit Author loco supra citato: “ Pri-  
 matus ille Papæ meritò tribuitur, quem  
 Pontifices Romani, etiam pietate insigne,  
 nemine reclamante, vel primis Ecclesiæ  
 sæculis non semel exercuerunt; atqui con-  
 stat, Pontifices Romanos, etiam pietate  
 conspicuos, Primum Jurisdictionis exer-  
 cuisse: sic S. Victor Papa circa annum 200.  
 dum voluit excommunicatione latè vel  
 saltem preposità Polycratem Episcopum  
 Ephesinum, & alios Asianos cogere ad  
 Pascha die Dominicâ celebrandum, insig-  
 nem sanè Jurisdictionis actum exercebat;  
 atqui tamen nullus Victorem accusavit, quòd  
 autoritatem sibi indebitam arrogaret; sed  
 tantum ne suâ abuteretur Potestate, tor-  
 nac tantas Ecclesias à Corpore Ecclesiæ re-  
 scindendo, à S. Irenæo monitus est.

“ Eodem zelo adversùs Cyprianum, Fir-  
 milianum, aliosque bene multos iplis ad-  
 hærentes (circa baptismum Hæretorum) ex-  
 arsit circa medium tertium sæculum. S.  
 Stephanus Papa; atqui nemo dixerit, sa-  
 tissimum illum Pontificem de sententia in  
 “ tot

“ tot tantosque Episcopos ferenda cogitaturum fuisse, nisi novisset, Christianis per suasum esse, hanc penes Summum Pontificem residere Potestatem: quam si non habuisset, procul dubio *Cyprianus & Firmilianus* cum suis intolerandam hanc auctoritatis indebitæ usurpationem *Stephano* exprobrassent; atqui tamen nihil simile ab iis actum est: ergo &c. ”

Profectò ex iis, quæ hucusque retulimus, momentis antiquissimis & indefectibilibus impartialis quisque facile confecerit, quām infundata ac stolida sit eorum sententia, qui originem Primatū Jurisdictionis Romanis Pontificibus competentem in universam Christi Ecclesiam, refundunt in *Decretales Isidori Mercatoris*. — Sanè nullo invento humano, sed verbo divino, uti hucusque monstratum est, Auctoritas illa nititur. Quare etiam *Augustinus* Concilii Milevitani nomine ad *Innocentium I.* Papam scribit: “ Aribitramur, adjuvante misericordiâ Domini Dei nostri... Auctoritati sanctitaris tuæ de Scripturarum sanctorum Auctoritate depromtae facilius eos, qui tam perversa sentiunt, esse cessuros. Epist. 176. n. 5. ”

Audiamus & Cl. Zallingerum Lib. V. §. eccl. p. §. CCCXL. quoad præsentem mariam inter alia ita loquentem: “ Potestas Petri non prærogativa honoris inter Apostolos fuit, nec solius directionis, aut præ-

" præsidii inter pares, sed veræ auctorita-  
 " tis & jurisdictionis. Id apertissimè indicat  
 " ratio fundamenti, Pastoris universalis,  
 " officiumque confirmandi fratres. Neque  
 " enim fundamentum ad parerga ædificii &  
 " ornamenta pertinet; & curam pascenda-  
 " rūm ovium demandare multò plus est,  
 " quam primam inter oves constitueret: &  
 " qui confirmandi fratres officio fungitur,  
 " majore ac fratres vi & firmitate pollere  
 " debet. Cui Christus dedit claves regni  
 " cœlorum, quod regnum est Christi, cum  
 " regni sui Vicarium, ac visible caput esse  
 " voluit: Christi igitur Vicarius, & Ecclesia  
 " caput erat Petrus, habebaturque à totâ  
 " retro antiquitate. Unde damnata fuit ac  
 " proscripta in Concilio Constantiensi pro-  
 " positio VII. Hussii: Petrus non est, nec fuit  
 " caput sanctæ Ecclesiæ catholice. Porro Vica-  
 " riis regni, cui claves, id est, suprema po-  
 " testas in regno commissa est, non solo ho-  
 "nore præeminet; nec caput impositum est  
 " corpori solius ornamenti causâ , .

Addit postea Cl. Zallinger §. CCCXLII.  
 sequentia: "Reprobata est ac damnata Hussii  
 " propositio XXVII. Non est scintilla apparen-  
 " tie, quod oporteat esse unum caput in spiri-  
 " tualibus REGENS Ecclesiam, quod semper cum  
 " Ecclesia ipsâ militante conversetur, & conser-  
 " vetur. Dein propositio XXVIII. Christus sine  
 " talibus monstruosis capitibus, per suos veraces  
 " discipulos sparsos per orbem terrarum melius

“ suam Ecclesiam regularet. — Propositio *Lutheri XXV.* damnata per *Leonem*, & re-  
 “ jecta à toto orbe catholico: *Romanus Pon-*  
*tifex Petri successor, non est Christi Vicarius*  
*super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso*  
*Christo in B. Petro institutus.* Et propositio  
 “ *XXVI. Verbum Christi ad Petrum: quodcun-*  
*que solveris super terram &c. Matth. XVI.*  
*extenditur duntaxat ad ligata ab ipso Petro*”

Illud certum est, quòd infasti ac re-  
 belles sectarii præcipuò contra Sedem Pon-  
 tificiam vires suas exerere omni ævo conati  
 fuerint: non alio sanè fine, quàm, ut hâc  
 Petrâ semel contritâ, suos liberius possent  
 disseminare errores. Verùm Roma toties im-  
 pugnata, nunquam expugnata fuit.

Romanæ Ecclesiæ, Romanique Pontifi-  
 cis universalis ac suprema potestas porro  
 tanta est, ut omnes Christi fideles *veram ipsi*  
*teneantur præstare obedientiam*; id quod etiam  
 ex ipsâ *Fidei catholicæ professione* manifestè  
 elucescit & comprobatur; utpote in quâ,  
 præter alia, continentur sequentia: “*Sanctam*  
*catholicam & apostolicam romanam Eccle-*  
*siam, omnium Ecclesiarum matrem & ma-*  
*gistram agnosco: Romanoque Pontifici, B.*  
*Petri Apostolorum Principis Successori, ac*  
*Jesu Christi Vicario, VERAM OBEDIENTIAM*  
*SPONDEO AC JURO,,.*”

Quòd

Quod porro ipse S. Petrus illa sit Petra, super quam Jesus Christus *suam*, proinde *universalem* Ecclesiam se ædificaturum dixit Matth. XVI. ex Parribus tam græcis, quam latinis confirmat *pæclarissimus Author de l'Autorité des deux Puissances Tom. II Pag. 131.* ubi in rem hanc adducit *ex græcis originem*, S. Athanasium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Epiphanius, S. Chrysostomum, S. Cyrillum, & Theophilaetum. *Ex latinis* verò Tertullianum, S. Hilarium, S. Hieronymum, S. Augustinum, S. Maximum, S. Paulinum, S. Leonem, & S. Gregorium magnum. Ubi & expost *Pag. 133. ex S. Bernardi ad Eugenium III. Papam* verbis dilucidè ostendit, quod Christus *omnes omnino oves Ecclesiæ pascendas Petro commiserit.*

Quod verò Salvator noster *soli Petro* hanc Potestatem *universalem* concesserit, quodque solus ipse fit petra illa, super quam Christus totam suam ædificavit Ecclesiam, citatus Author *Pag. 136.* ita confirmat: "Ad cognoscendum verum sensum verborum Jesu Christi ad S. Petrum, nil requiritur aliud, quam verba illa duntaxat simpliciter legere: Verba ista clara sunt, natura- lia sunt. Jesus Christus alloquitur solum Petrum, & non alios Apostolos: ad hunc solum se verbit Christus, quem designat per nomen novum ad indicandam novam Potestatem, quam ipsi daturus erat: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,".

Postquam idem Author porro retulit, quod Ss. Patrum consensus sit moraliter loquendo unanimis quoad explicationem hanc Sacrorum textuum; quodque paucitas Patrum eorum, quos in contrarium citat Febronius, cum hac multitudine comparata, nihil evincat, pro clariore magisque instructiva notitiâ addit sequentia Pag. 137.

“ Veritas est generatim admissa, quod  
 “ verba sacræ scripturæ diversas possint ha-  
 “ bere significaciones æquè veras, æquè ab  
 “ Ecclesiâ probatas, omnes quoque suæ  
 “ doctrinæ conformes; quod proinde expli-  
 “ catio, quam certi interposuere Patres,  
 “ non tollat interpretationes alias.... Pa-  
 “ tres, quorum textus refert Febronius, &  
 “ qui verba, quibus Jesus Christus allocu-  
 “ rus est Petrum, adplicant vel ad Eccle-  
 “ siam, vel ad Apostolicum Collegium, vel  
 “ ad Fidem; uti sunt S. Hilarius, S. Chri-  
 “ stostomus, S. Leo, S. Gregorius magnus,  
 “ S. Augustinus, nihilominus alibi eadem  
 “ verba de Primatu Petri explicant... Et  
 “ S. Gregorius Nissenus, qui id, quod Jesus  
 “ Christus dixit de lapide fundamentali Ec-  
 “ clesiæ, explicaverat de Petri fide, alio lo-  
 “ co per ipsummet Febronium relato ex-  
 “ pressè dicit: *Hic (Petrus) juxta prærogati-  
 “ vam sibi à Domino concessam, firma & soli-  
 “ diffima Petra est, super quam Salvator Ec-  
 “ clesiam ædificavit.*

“ Hoc jam posito, dico: Doctrina in  
 “ interpretatione Sacrarum scripturarum tra-  
 “ dicta tot sæculis per successivam Patrum  
 “ Ecclesiæ multitudinem, quin improbata  
 “ ipsa fuerit, quin eidem unquam obmorum  
 “ fuerit, quod sit contraria spiritui ac sen-  
 “ sui scripturarum & doctrinæ catholicae,  
 “ certum efformat testimonium Traditionis  
 “ universalis Ecclesiæ... Atvero talis est doc-  
 “ trina Patrum, qui memoratos textus Pe-  
 “ tro applicant, quin allegari possint expli-  
 “ cationes horum improbativæ & elisivæ:  
 “ adeoque hæc doctrina est ipsa doctrina  
 “ Tradita ”.

Demum idem Author in hujus doctrinæ  
 plenam confirmationem præter Concilia ge-  
 neralia supra à nobis citata, refert concer-  
 nentem passum formulæ reunionis quarti Con-  
 cilii Constantinopolitani, quod fuit octavum  
 œcumenicum, ubi statuuntur sequentia: “ Quia  
 “ non potest Domini nostri Iesu Christi præ-  
 “ termitti sententia dicentis: *Tu es Petrus,*  
 “ *& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam;*  
 “ hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur  
 “ effectibus, quia in Sede Apostolicâ imma-  
 “ culata est semper catholica reservata Re-  
 “ ligio, & sancta celebrata doctrina. Ab hu-  
 “ jus ergo fide & sanctâ celebratâ doctrinâ  
 “ minimè separari cupientes, & Patrum  
 “ Præcipue sanctorum Sedis Apostolicæ Præ-  
 “ fulm sequentes in omnibus constituta, ...  
 “ anathematismus Photij, qui contra fa-  
 “ cras

“cras regulas, & sanctorum Pontificum de-  
“creta repente de curiali administratione  
“sublatus &c.... Donec (*quamdiu*) Sedis  
“Apostolicæ sanctionibus inobediens perse-  
“verans, ejus *Sententiam* tam de se, quam  
“de Patriarcha nostro *Ignatio* spreverit”  
*Concil. Labb. Tom. 8.*

Percipiamus etiam nonnullos hue fa-  
cientes *sacrosancti* & *universalis* Concilii Tri-  
dentini passus. Sic in *Ss. 14. Cap 7. de Reform.*  
perhibetur: “Meritò Pontifices Maximi PRO  
“SUPREMA POTESTATE SIBI IN ECCLESIA UNIVERSA  
“TRADITA, causas aliquas criminum gravio-  
“res suo potuerunt peculiari judicio reservare”  
Agnoſcit ergo Concilium Jurisdictionem sum-  
mi Pontificis relatè ad universam Ecclesiam:  
confiteretur insuper, quod hujus intuitu Po-  
testatis universalis reservare suo judicio pos-  
ſit delicta quædam graviora; adeoque etiam  
quoad hoc singulos Christi fideles ei sub-  
jectos esse.

Idem œcumenicum Concilium *Ss. 24.*  
*Cap. 1. de Reform.* urget sequentia: “Postre-  
“mo eadem sancta Synodus tot gravissimis  
“Ecclesiæ incommodis commota, non po-  
“test non commemorare, nihil magis Ec-  
“clesiæ Dei esse necessarium, quam ut *Bea-*  
“*tissimus Romanus Pontifex*, quam solicitudi-  
“nem universæ Ecclesiæ EX MUNERIS SUI OFFI-  
“CIO debet, eam hic potissimum impendat;  
“ut lectissimos tantum Cardinales adseiscat;

“ & bonos maximè atque idoneos Pastores  
 “ singulis Ecclesiis PRÆFICIAT; idque eò magis,  
 “ quòd ovium Christi sanguinem, quæ ex  
 “ malo negligentium & sui officii immemo-  
 “ rum Pastorum Regimine peribunt, Domi-  
 “ nus noster Jesus Christus de manibus ejus  
 “ sit requisitus ,”.

Quis autem non intelligit, aut quis inficiari ausit, tò PRÆFICERE, & quidem ex munericis sui officio, esse actum propriae Jurisdictionis? Aut quomodo Jesus Christus de manibus Beatissimi Romani Pontificis requirere posset sanguinem ovium, quæ ejus curæ commissæ ab ipso non fuissent?

Quæ cùm ita sint, rectè Cl. Petrus Ballerinius, Presbyter Veronensis, Libro singulari de vi ac Ratione Primatus Romanorum Pontificum, Cap. II. Statuit sequentia: “ S. Petri & Romanorum Pontificum Primatus non est Primatus meri ordinis; sed præcipuae auætoritatis, & Jurisdictionis: ex quo præcipua ipsis jura & facultates competant necesse est.— Hæc Propositio à Catholico, quibuscum agimus, adversariis expressè asseritur; neque à quopiam Catholico revocari potest in dubium; soli enim Hæretici, vel schismatici eam inficiari possunt. Primatus ordinis non ille tantum intelligitur, quo quis merâ honoris prærogativâ donatus omni omnino jure careat; sed ille etiam hoc loco intelligendus est, quo in publi-

“cō negotiis nullum jus in materiā meri  
 ordinis cuiquam tribuitur; unde hoc Pri-  
 matu insignitus, præter honoris locum  
 præcipuum, ad quædam tantummodo meri  
 ordinis propria jus habet. Ita in omni  
 Republicā, in quā jurisdictio penes omnes  
 Patres resideret, uni Primatus honoris de-  
 ferri solet, ex quo ille non modò in dig-  
 niore loco Primus sedet, primus nomi-  
 natur, primus dicit sententiam &c, et quæ  
 ad merum honorem pertinent; verum  
 etiam pro jure suo senatum indicere, re-  
 ferre de negotiis, rogare sententias, &  
 consultando, monendo, hortando totam  
 actionem regere solet: quæ vera & pro-  
 pria, at meri ordinis jura sunt, nec Pri-  
 matum meri ordinis excedunt.

“Si, quando agitur de Primatu Roma-  
 ni Pontificis, de hoc uno meri ordinis  
 Primatu ageretur; nulla, vel admodum  
 levis cum Hæreticis atque schismaticis ip-  
 sis esset contentio. Cūm enim in omni  
 cœtu necesse sit, unum aliquem ordine  
 præesse, qui publica negotia permovere,  
 & actionem cœtumque ipsum regat; quis  
 id in solâ Ecclesiâ, & inter Episcopos Ec-  
 clesiæ Præpositos necessarium inficiabitur?  
 Hinc Salmasius in *Præfatione* operis de  
 Primatu Papæ scripsit: ut in omni ordine  
 Primatus est, quia & Primus semper aliquis  
 datur ordinis, ut secundus, & tertius; ita in  
 ordine Episcoporum. In hoc autem Episco-  
 porum

"porum ordine Primitum ejusmodi tribuere  
 "Romano Pontifici, successori S. Petri, qui  
 "Primas inter Apostolos à Christo institutus,  
 "Apostolici collegii Rector fuit, cuiusque  
 "Sedes Romana primas semper in Ecclesia  
 "habuit, nemo quicquam vel diutius re-  
 "spugnaret. Ob unum jurisdictionis Primitum,  
 "qui aduersus Schismata & Hæreses semper  
 "in Ecclesia plurimum valuit, Schismatice at-  
 "que Hæretici in eandem Sedem iniquiores,  
 "dicem moverunt, parati tamen ordinis Pri-  
 "matum illi concedere, si eo uno contenta-  
 "sit. Claudio quidem Salmasius, in laudata  
 "Præfatione memorati operis, in quo ipsum  
 "Primum eonatur evertere, de Hæreticis  
 "palam fateatur, Reformatos Primum tantum  
 "ordinis in Papa agnoscere; id autem unum  
 "eos indignari ait, quod Papæ potestas non  
 "primas in ordine partes, aut sedes tenere con-  
 "tentia, suprema omnium, qui in aliquâ sunt  
 "potestate aut dignitate, haberi vult. Et in Ap-  
 "padu ejusdem operis Pag. 172. Papam  
 "recipi posse affirmat, si redire sustineret  
 "ad Primum ordinis. (Hic haud omitten-  
 "tendum videtur, hunc eundem scriptorem  
 "in Epist. 27. gallicè scriptâ An. 1630, an-  
 "tequam librum de Primo Papa lucuba-  
 "rere, confessum fuisse, meri ordinis Pri-  
 "matum sine ullo præcipuo jure Summo  
 "Pontifici tribuere, penitus esse à primiti-  
 "væ Ecclesiæ praxi, & abs Hierarchiæ Ec-  
 "clesiasticæ conditione alienum). Idipsum,  
 "concessio Primitus ordinis, de schismati-  
 "cis



“cic deò certius est, quòd hi Romanæ Sedis  
• Primatui minùs, quàm Hæretici infensi esse  
“solent; ut Barlaami, ac Nili schismatico-  
“rum testimoniis, si res exigeret, confir-  
“mare liceret.

“Ecclesia verò catholica à schismaticorum  
“aqué ac Hæreticorum partibus aliena, præci-  
“puæ Jurisdictionis, non autem meri ordinis  
“Primatum Romano Pontifici SEMPER afferuit;  
“ejusdemque sententiæ sit oportet, quicunque in  
“Ecclesiâ catholica èsse, & neque ad Hæreticos,  
“neque ad Schismaticos velit accedere....  
“Ludovicus Maimburgus, qui in Romanæ Se-  
“dis Antistites non bene animatus, ab omni  
“assentationiss suspicione hac in parte alie-  
“nissimus est, hæc scribit in tractatu gal-  
“licè inscripto: *De l'Etablissement, & des  
“prerogatives de l'Eglise de Rome, & de ses  
“Eveques. Cap. IV.* Id solum dicam, de quo  
“Catholicorum omnium est concors sententia,  
“Jesum Christum ex omnibus Apostolis S. Pe-  
“trum elegisse, cui non solum Primatum ordi-  
“nis, honoris, & gradus conferret, priuum  
“locum illi concedendo tanquam primo inter  
“æquales dignitate, donis, facultatibus, & gra-  
“tias Apostolatui, & Episcopatui inseparabiliter  
“adnexis; sed etiam PRIMATUM JURISDICTIONIS,  
“POTESTATIS, ET AUCTORITATIS IN OMNES  
“FIDELES IN TOTA ECCLESIA, CUJUS EUM IPSE IN-  
“STITUIT CAPUT.


“Quæ

“ Quæ si S. Petro uti Primi~~ti~~ conve-  
niunt, ejus quoque successoribus Romanis  
Pontificibus, ut idem Au~~c~~tor deinceps  
tradit, & ut ex prima propositione necessa-  
riò sequitur, pariter convenire dicenda sunt.

Prima hæc propositio Cap. L à Balleri-  
nio tradita est sequens: “ S. Petrus inter-  
Apostolos Primum habuit, qui in Ro-  
manos Pontifices, ejus successores, tran-  
sivit. Hinc ratio & vis Primitus istorum  
eadem est, ac illa, quæ fuit ratio & vis  
Primitus S. Petri: & idcirco quæcumque  
S. Petro congruunt testimonia, unde Pri-  
matus ejus ratio & vis statuitur & expli-  
catur, eadem in eandem planè sententiam  
de Romanis Pontificibus, eorumque Pri-  
matu accipienda est „.

Pergit interim in superiore contextu Bal-  
lerinius in modum sequentem: “ Quare Clau-  
dius Fleury, inter oppugnatores notissimus,  
hanc doctrinam suo Catechismo historico  
inferuit: *Episcopus Romanus, quem bodie ap-*  
*pellamus Papam, semper habitus est omnium*  
*Episcoporum primus; CUM HABEAT SUPRA ALIOS*  
*PRIMATUM JURISDICTIONIS JURE DIVINO; sit*  
*que visibile caput Ecclesie, & Vicarius Christi,*  
*qui est caput principale & invisibile. Similia*  
*aliorum hujus generis scriptorum testimo-*  
*nia passim occurunt . . . hic verò satis*  
*erit, recitare textum Comitiorum generalium*  
*gallicani Cleri Parisiis congregatorum Die*

“ ag. Maji, Ann. 1728, in Literis ad Regem  
“ Christianissimum, p. unde hæc ad verbum  
“ Latinum quædita profero: Primatus, quem nos  
“ in Papa recognoscimus, non restringitur inter  
“ simplicem honoris præeminentiam. Et relatim  
“ aliquot testimoniiis antiquorum Patrum,  
“ concluditur: Necesse est igitur SECUNDUM CA-  
“ THOLICAM FIDEM recognoscere in summo Ponti-  
“ fice PRIMATUM honoris, simul & JURISDICTIONIS,  
“ ut agnitus fuit PRIMIS quoque Ecclesiæ  
“ temporibus, “ qui Hoc loco audiri etiam meretur Cl. Au-  
“ thor Antifebronii vindicati, qui Par. I. Dissert.  
II. Cap. IV. Pag. 356. & seqq. ita differit:  
“ Quid ergo de gallis tantopere sibi plau-  
“ dit (Febronius) quasi ab eorum ipse doc-  
“ trinâ ne latum quidem unguem descisce-  
“ ret? Id enim galli adeo non negant, ut  
“ potius prædicent, ac magnificis verbis ex-  
“ tollant Romani Pontificis imperium in om-  
“ nes fideles, singulasque rotas Christiani  
“ orbis Ecclesias. Nam sine imperio stare  
“ nequit Potestatis ac Jurisdictionis Prima-  
“ tus in omnem Ecclesiam, & Primatus qui-  
“ dem, illici omnes obedientiam ex conscientia  
“ legibus debeant. Hunc autem Primatem à  
“ gallis constanter adseri, negaverit nemo,  
“ qui testes à me in Antifebronio, præser-  
“ tim secundæ auctioris editionis, appella-  
“ tos consuluerit. Ac multò plures produ-  
“ cere potuissem. Satis sit duos proferre:  
“ Archiepiscopum Senensem, illustrissimum  
“ de



de Languet in gallicâ epistolâ ad Encyclia  
 mensem Episcopum, quattuor nonas februa-  
 trii An. 1719. scripta: & Episcopum Po-  
 diensem, in Defensione Actorum Cleri gal-  
 licani. Ait ille (*Senonensis*) in memoriam  
 tibi revocandum est, nos (*Episcopos*) etsi  
*Judices*, summo Pontifici tanquam superiori  
 ac Pastori nostro subjacere. Haec veritatem  
 exultantis animi sensu profitemur, inque-  
 bat olim in publicis Cleri gallicani Comi-  
 tiis Bossuetius: amamus unitatem, & quam  
 exhibemus obedientiam, gloriæ ducimus;  
 omnes tam agnos, quam oves, matres ip-  
 sis haud secus ac natos, vel ipsos *Pastores*  
 pascere ac regere proprium est ex *Christi* in-  
 stituto *Petri* officium. POPULORUM PASTORES;  
 OVES PETRI SUMUS. Hæc magnus ille Mel-  
 densium Episcopus, cuius suspecta tibi haud  
 quaquam esse potest hanc super re aucto-  
 ritas; agnoscit ingenuè superiorem nobis  
 sanctissimi Patris auctoritatem, cui quidem  
 obedire nobis gloriandum. Hanc ipsi obe-  
 dientiam in nostrâ consecratione subi-  
 risjurandi Sacramento spopondimus; hu-  
 jus obedientiæ exempla Episcopi præde-  
 cessores nostri nobis imitanda reliquerunt.  
 Quoties in suis comitiis profectas à Sede  
 Apostolicâ Bullas receperunt, toties eas  
 dem à se cum debitâ submissione ac reve-  
 rentiâ recipi palam protestati sunt. Verum  
 quidem est, & pari tecum animi vigore  
 propugnamus, Episcopos esse judices, ani-  
 hilominus tamen eorum nullus abdetare  
 ab eo  
 cedere

“cedere potest obedientia, cuius necessitatem  
 “imponit jurisdictionis ille Primatus, quem  
 “cathedrae unitatis ipse Christus adfixit: om-  
 “nis quicunque fidelis Christi Vicario obedien-  
 “tiam debet. Ita dictat illa, quam tenemus,  
 “ita docet quam profitemur Fides; eandem  
 “hanc fidem Episcopi in sacrâ suâ inaugu-  
 “ratione profitentur. Illam obedientiae pol-  
 “licitationem solemniter renovant in tre-  
 “mendo altarium sacrorum conspectu, ac  
 “sancta super Evangelia jurant, se dein-  
 “ceps Romano Pontifici pro tempore exi-  
 “stenti, ejusque successoribus obedituros.

“Imò in alio ejusdem anni 1719. do-  
 “cumento præclarus hic *Senonensium* Archi-  
 “episcopus Romanum Pontificem appellare  
 “non dubitavit *Auctoritatis ac Potentiae Christi*  
 “Vicarium.

“*Podiensis* porro Antistes Romano Pon-  
 “tifici veram in singulos Episcopos Su-  
 “rioris Potestatem disertè tribuit P. I. Cap.  
 “19. p. 89. “Hucusque *Antifebronius vindi-*  
 “catus.

Itaque Christus Dominus, qui est Sa-  
 “cerdos in æternum, Domum sibi ædificavit,  
 “videlicet Ecclesiam, cuius ille sub plenitu-  
 “dine supremæ Potestatis primum extitit ca-  
 “put visible, cuiusque caput invisibile mane-  
 “bit in omnem sacri & mystici hujus ædifi-  
 “cii perdurationem. Quoniam ergo Magister  
 noster

noster divinus cunctis rite dispositis reverti  
 debebat ad Patrem suum in cœlum, adeoque  
*visibiliter* extunc non amplius recturus erat  
 Ecclesiam; necessum fuit, in locum suum  
 substituere supremum ac universalem Vica-  
 riū, qui cum requisitâ Potestate concredi-  
 tam sibi domum universam regeret, legi-  
 busque opportunè ita communiret, ut mag-  
 næ domûs istius membra ad finem sibi præ-  
 stitutum debitâ ratione dirigerentur. Claves  
 ergo domûs hujus, id est supremam judi-  
 candi, ligandi, solvendique Potestatem *im-  
 mediatè* tradidit *Petro*, tanquam legitimo suo  
 Vicario, & hujus successoribus legitimè elec-  
 tis, ut per hos supremos sibi debitè succe-  
 dentes Pontifices universus Grex Christi pas-  
 ceretur, atque ut in firmissimo isthoc *fun-  
 damento* vastissimum istud ædificium incon-  
 cussè immobiliterque conquiesceret; eatenus  
 etiam, ut ipsæ portæ inferi adversùs illud  
 prævalituræ sint nunquam. Tanta nimirum  
 est, & esse deber summorum Pontificum Po-  
 testas, & Auctoritas, ut à Domo sibi con-  
 creditâ hostes repellere, & universos istius  
 incolas, tanquam supremi Patresfamilias pro-  
 priè regere valeant atque tueri. Quis verò  
 mortalium rectè sapientium Auctoritatem  
 istam & Potestatem meri honoris esse dixe-  
 rit? Sanè, aut penitus inefficax, atque à  
 scopo per Christum definito planè aberrans  
 est iste Primatus, aut est, uti revera est,  
 Primatus strictæ *Jurisdictionis* in omnes filios  
 Christi, cuius Papa Vicariatum gerit univer-  
 salem,

ille, cuiusque exercitium non à voluntate  
eum concreditarum, sed à traditâ per Chri-  
stum supremâ Potestate dependet. Supremus  
ille Pastor Christum in terris repræsentans,  
ejusdemque vices gerens exactam singularum  
ovium Christo reddere tenetur rationem;  
adeoque jure gaudere deber & singulas oves  
regendi; & inspiciendi, quid in grege aga-  
tur, & illud omne exequandi, quod pro  
concreditarum ovium universarum salute  
utile est atque necessum. Verùm, quām in-  
efficax & inutilis ad hæc præstanta officia  
sit inanimis ille Primatus, quem meri hono-  
ris vocant, nemo non intelligit: vigilet,  
præcipiat Pontifex *merè honorificus*; quis vigili  
eius curæ se se subjicer, quis obtemperabit  
*ex animo & conscientiâ*, cùm tamen urgeat  
Paulus, non solum propter iram, sed etiam  
propter conscientiam superiorum jussa fide-  
liter esse exequenda?

Cæterū *Cl. Laurentius Veith* in opere  
suo de Primatu summi Pontificis sect. I. §. VI.  
pag. 14. præter alias etiam hanc adversariorum  
objectionem adducit: “Interrogatio Christi  
“ Matrh. 16. *Vos autem quem me esse dicitis?*  
“ Fiebat ad omnes Apostolos. — Et Apostoli  
“ omnes in scripturâ fundamenta Ecclesiæ  
“ vocantur. — Unde *Hieronymus L. I.* contra  
“ *Jovinianum C. 14.* ait: *Super omnes Aposto-*  
“ *los ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidatur.* Er-  
“ go verba illa promissionis: *Tu es Petrus,*  
“ *& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,*  
“ *non*

“ non pertinent ad solum Petrum, sed ad  
 “ omnes Apostolos, consequenter ex illis  
 “ non evincitur Primatus Petri ”.

Respondeat autem adpositè loco jam ci-  
 tato *Cl. Laurentius Veith* in modum sequen-  
 tem: “ R. ad *imum*: Interrogatio quidem  
 “ directa erat ad omnes Apostolos; nulla ta-  
 “ men iis hic à Christo facta est promissio,  
 “ sicut nulla ab illis data est responsio. Nec  
 “ enim responderunt verbis suis (saltem de  
 “ hoc Matthæus nihil testatur) imò nescie-  
 “ bant, quid respondendum esset? *solusque*  
 “ Petrus ex revelatione divinâ Christi Divini-  
 “ tatem tunc intellexerat: quod etiam Pa-  
 “ tres docent apud Bellarminum L. I. de  
 “ Rom. Pontifice. C. 12. Neque verum est,  
 “ quod Petrus propriè & strictè loquendo  
 “ omnium nomine Christo interroganti respon-  
 “ derit. Quamvis enim *Chrysostomus* in hunc  
 “ locum scribat, Petrum tunc fuisse *os Apo-*  
*stolorum*; per id tantum significatur, cœ-  
 “ teros silentio suo Petri confessionem ad-  
 “ probasse, & sic quasi per *os Petri* locutos  
 “ fuisse. Item, dum *Hieronymus* ait, Petrum  
 “ ex personâ omnium Apostolorum Christi  
 “ Divinitatem professum esse, sensus est,  
 “ Petrum respondisse ut caput & Principem  
 “ ceterorum. Similiter, quando *Augustinus*  
 “ Serm. 13. de *verbis Domini*, asserit: Unus  
 “ pro multis dedit responsum, nempe Pe-  
 “ trus, sensus est: Petrus solus respondit  
 “ pro omnibus Apostolis: id est, *loco om-*

nium, sive id, quod etiam reliqui respondere  
 debuissent, si eandem, quam Petrus acce-  
 pit, de Christi Divinitate revelationem ipsi  
 quoque habuissent. Paritas aliqua habetur  
 in casu, quo Præceptor discipulos omnes  
 interrogat, & ex omnibus unus tantum  
 responder; quia ille solus, quid respon-  
 dendum sit, novit; hoc enim casu potest  
 ille unus dici respondisse pro omnibus, licet  
 ignorent cæteri, quid respondeant.

Ad 2dum concedimus, reliquos etiam  
 Apostolos esse fundamenta Ecclesiæ ex  
 dupli capite: primo, quia prædicatione  
 doctrinæ à Deo revelatæ posuerunt Eccle-  
 siæ christianæ fundamentum, uti & Pro-  
 phetæ. Hinc ad Ephes. II. 20. primi illi  
 Christiani dicuntur superædificari super fun-  
 damentum Apostolorum & Prophetarum. Dein,  
 quia Apostoli primi Ecclesiæ ubique fun-  
 darunt, ita, ut ab ipsis Ecclesiæ omnes;  
 quæ ab aliis etiam viris apostolicis postea  
 fundatae sunt, originem acceperint. Id In-  
 dicatur Apoc. XXI. 14. ubi describuntur  
 civitatis Dei fundamenta duodecim, quibus  
 inscripta sunt duodecim nomina duodecim  
 Apostolorum. Atque in hâc utrâque præro-  
 gativâ (prædicationis nimirum, & fundatio-  
 nis Ecclesiarum) pares fuere omnes Apo-  
 stoli. Nihilominus ratione Gubernationis  
 Petrus inter illos Primatum Principatum-  
 que obtinuerat. Licet enim omnes am-  
 plissimam à Christo Potestatem pro uni-  
 versâ

" versâ Ecclesiâ acceperint tanquam Apostolê  
 " & Legati ipsius; tamen in hujus exercitio  
 " Potestatis à Petro ut Capire dependebant.  
 " Ita rem explicat ipse, qui nobis objectus  
 " est Hieronymus, loco citato ita loquens:  
 " At dicens, super Petrum fundatur Ecclesia.  
 " Licet id ipsum in alio loco super omnes Apo-  
 " stolos fiat, & cuncti claves Regni cælorum ac-  
 " ripiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ forti-  
 " tudo solidetur; tamen propterea inter duode-  
 " vim unus elitur, ut CAPITE constituto,  
 " SCHISMATIS TOLLATUR OCCASIO.

" Denique, ne quis existimet, bñnis illis  
 " Scripturæ locis, quibus Apostoli funda-  
 " menta Ecclesiæ vocantur, aut Matth. 18.  
 " ubi omnibus Apostolis ligandi atque sol-  
 " vendi Potestas à Christo datur, quidquam  
 " derogari Primatui Petri Matth. 16. asserto,  
 " ulterius observandum venit, quod in prio-  
 " ribus tribus locis, nempe ad Ephes. 2. Apoc.  
 " 21. & Matth. 18. Petrus non minus, quam  
 " duodecim alii in numero Apostolorum  
 " comprehendatur: adtamen Petro præterea  
 " & singulariter Matth. 16. præ aliis Apo-  
 " stolis, ob excellentem illam de Divinitate  
 " Christi confessionem, tanquam præcipuum  
 " aliquid à Christo significetur, quod sit illa  
 " Petra, super quam Ecclesia ædificaretur,  
 " id quod nulli alteri Apostolorum dictum  
 " est. Et quod amplius est, solus ille, mu-  
 " rato nomine Simonis, accepit nomen aliud,  
 " aptum ad significandam proprietatem fun-  
 " damenti,

“ damenti, nempe nomen Petri, quod ante  
rea non habuit „.

Prosequitur idem Laurentius Vett⁹ loco  
citato Pag. 18. “ Urgent: Christus Joan. 20.  
“ ad omnes Apostolos æqualiter dixit: Sicut  
“ misit me Pater, ita ego mitto vos: ergo om-  
“ nibus dedit æqualem clavum Potestatem.  
— Respondeo: Evidenter hoc dixit Chri-  
“ stus ad Apostolos Joan. 20.; sed Joan. 21.  
“ uni Petro dixit: Pasce agnos meos, paste  
“ oves meas; nempe priore loco agitur de  
“ missione apostolica (ego mitto vos) posteriore  
“ verò loco de Regimine supremo, quod soli  
“ Petro concessum est „.

Et profectò, si quis è memoratis Christi  
verbis eam inter Petrum, & reliquos Apo-  
stolos extundere æqualitatem veller, ut nulla  
*in Regimine ecclesiastico* quoad hos fuerit sub-  
ordinatio, sed plena æqualitas, adeoque Apo-  
stolorum *in Episcopatu* successoribus tantam  
competere Potestatem ecclesiasticam, quanta  
competit Summo Pontifici successori Petri,  
quasi verò ex eo, quod dicat Christus: Si-  
cūt misit me Pater, ita ego mitto vos, om-  
nes ab alio prorsus independentem, qualenq;  
habuit Christus, Potestatem accepissent, quo-  
niam missi fuissent, sicut missus fuit Christus;  
pariter ex illis verbis propter tò *sicut in-*  
*erre deberet:* ergo & omnes missi sunt tan-  
quam mundi Redemptores, tanquam Sacra-  
mentorum institutores &c. quod absit,  
sic

Misit ergo Christus suos Apostolos ad veritates Evangelii, quas ipse ex missione Patris patefecerat, toti mundo communicandas, ita etiam, ut, ubi opus fuerit, easdem miraculis confirmarent.

Videant etiam illi qui præmemoratae Christi verba nimium urgent, ne per hoc talem Parochis, discipulorum Christi in cura animarum successoribus, Potestatem tribuant, qualem per ea verba Episcopis attribuere conantur: inter ipsos namque, quos Christus alloquebatur, dum dicebat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, complures fuisse discipulos non Apostolos, facile quis ex contextu confecerit: enimvero citato Joan. XX. capite, versibus 19. 20. 21. 22. & 23. ita legitur: «Cum ergo serò esset die illo, una sabbathorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, propter meum Iudeorum, venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis; sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Haec cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: accipire spiritum sanctum, quorum remisericordia peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt».

Loquitur ergo scriptura de discipulis indefinite: loquitur de discipulis congregatis die



die Sabbathi, quo plurimos convenisse credendum: loquitur de discipulis clausis foribus congregatis propter metum Iudeorum, qui in eis & cadebat in discipulos, qui Apostoli non erant: quos pariter eo loco, ceteri Presbyteros, Potestatem remittendi, & retinendi peccata accepisse quis dubitaverit?

Designavimus hucusque praecepimus supremam Petri, atque ejus in Papatu successorum, legitimorum nempe Summorum Pontificum, Potestarem: reliquum est, ut & expendamus, quænam sit Potestas Episcoporum, qui Apostolis reliquis in Episcopatu legitime succedunt.

Ex eo, quod universalis ac suprema Potestas immediatè à Christo tradita sit Petro, recte concludimus, eandem & immediatè seu jure divino competere legitimis ejus successoribus, Summis Pontificibus. Quoniam igitur Christus residuos Apostolorum, tamen quam Episcopos, Pastores designavit, eis que promissam Matth. 18. Potestatem ligandi ac solvendi Potestatem per semetipsum reipsa contulit post resurrectionem suam Joan. XX per haec verba: accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: quoniam insuper spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei Act. 20. Hinc Episcopis Apostolorum in Episcopatu successoribus jure divino Potestarem rectoriam ordine

dine suo hierarchico competere contendimus: ita tamen, ut Potestatis hujus à Deo traditæ actuale exercitium, gregisque, in quem ipsa exerceatur, designatio ad supremam in Ecclesia Potestatem referatur; ut proinde hierarchica etiam in linea Jurisdictionis subordinatio debitè observetur.

Habent igitur Episcopi vi characteris sui Episcopalis Potestatem rectoriam, & quidem ex institutione divinâ, quin tamen reipsa, seu *pro nata secundo* eam applicare seu exercere valeant, antequam determinatum obiectum, seu determinatus gress ab altiore seu supremâ Potestate ipsis fuerit adsignatus. Novimus profectò, multos reipsa consecratos esse Episcopos, quin tamen singularem in gregem, utpote de quo in catholicis partibus ipsis necdum est provisum, Episcopalem Potestatem reipsa adhuc exercere valeant. Aliud igitur est, ipsam Episcopalem Potestatem in se spectatam esse immediatè, à Deo; & iterum aliud, Potestatis illius exercitium Ecclesiæ determinationi adligari: unde *Auctor institutionum theologicarum ad usum scholarum accommodatarum, Lugduni, an. 1780. Tom. I. Diff. VI. Cap. V. De Potestate Episcoporum* huc saltem candidè facit & ponit: “Jurisdictionis Potestas speciari potest vel quoad primam illius institutionem & collationem, vel quoad exercitum limitationem. Non diffitemur, Jurisdictionis Potestatem quoad exercitii circumscriptio-



nam in singulis Pastoribus à sola Ecclesiæ  
auctoritate repetendam esse. Hæc quippe Ec-  
clesiæ in variis Dioecesibus, quarum intra  
limites coegeretur Episcopus quisque, di-  
stributio, non à Christo, qui singulos Apo-  
stolos in orbem universum miserat, sed habet  
originem, sed à sapiente Ecclesiæ eco-  
nomia.

Itaque ex eo, quod Episcoporum sacra  
Potestas in se spectata profluat immediate  
à Deo, minimè consequitur, eam non esse  
subordinatam, & in exercitio adligatam al-  
tiori ac præminentiori Potestate in Ecclesiâ  
Christi subsistenti. Voluit à potiore Christus,  
ut in suâ Ecclesiâ, tanquam castrorum acie  
recte ordinatâ, varii essent gradus, qui ta-  
men singuli in unum desinerent, qui aliis  
præminentiori atque superior recto ordine  
cuncta dirigeret in unitatem Fidei & Mo-  
rum. — Nihilominus Episcopi sunt veri Pa-  
stores, Rectores, Judices, & Legislatores  
gregis eorum Jurisdictioni commissi, scilicet  
cum relativâ subordinatione ad Ecclesiam &  
visibile illius caput, ad Summum nempe  
Pontificem, verum in terris Christi Vicarium.  
Episcopi, ceu successores Apostolorum in  
Episcopatu eminentem tenent in Hierarchiâ  
ecclesiasticâ locum, sunt veri Præfules, qui  
bus reverentia debetur & obedientia promta.

De Episcopis porro traditum magnum ac  
generale Concilium Tridentinum Ss. 23. Cap.  
olus IV.

*M* *sequentia*: “*Sacrosancti Synodus declarat, præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipuò pertinere, & positos, sicut idem Apostolus (Paulus) ait, à spiritu sancto regere Ecclesiam Dei; eosque Presbyteris superiores esse; ac Sacramentum Confirmationis conferre, Ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum Potestatem re-di qui inferioris ordinis nullam habent.*”

Addit postea Tridentinum eadem sessione sequentem præter alios Canonem octavum: “*Siquis dixerit, Episcopos, qui Auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos & veros Episcopos, sed flagitium humanum, Anathema sit.*”

Quâ vero oratione Episcopi successerint in locum Apostolorum, docet Cl. Zallinger Lib. V. j. eccl. pub. Cap. III. §. CCCXXXI. Pag. 662. his verbis: “*In Apostolatus institutione ratio munieris Episcopalis, & ratio Apostolatus cum extraordinariis juribus ac dominis conjuncta, necessariò distinguendæ sunt... Extraordinaria fuerunt Apostolorum iura, ut quaqua versùs prædicare possent, baptizare, docere, & fundare Ecclesias, & constitutere Episcopos, & præscribere tum Episcopis à se constitutis, tum eorum subditis regulas vivendi, quemadmodum ab Apostolo Paulo*

“ Paulo factitatum novimus. Accessit lingua-  
 “ rum & miraculorum donum, & inerrantiae  
 “ privilegium, quo singuli Apostoli gaude-  
 “ bant in dijudicandis iis, quæ ad Eidem  
 “ Moresque pertinebant. Hæc extraordinaria  
 “ fuerunt, nec in successores necessariò de-  
 “ rivari debebant, cùm essent propria illius  
 “ temporis, quo divinus sanguis pro re-  
 “ demptione hominum effusus citò ac in  
 “ universo orbe uberes fructus proferre &  
 “ veritas Religionis ex ipsa celeri amplaque  
 “ diffusione ac propagatione illustrari ac com-  
 “ probari debuit.

“ Ab hisce ergo extraordinariis Aposto-  
 “ latiis juribus necessario segregandum est  
 “ munus Episcopale, quod in Apostolis insti-  
 “ tutum est, & ab iis in alios deinceps serie  
 “ non interrupta propagatum.

“ Quæ Petro dicta sunt à Christo Do-  
 “ mino, & in Petro instituta jura sacri Prin-  
 “ cipatūs, eadem ad Petrum, quâ funda-  
 “ mentum totius Ecclesiæ, quâ Pastorem  
 “ universalem & primum inter fratres, qui  
 “ reliquos fratres confirmare debebat, per-  
 “ tinebant; id quod luce meridianâ clarius  
 “ ex ipsis verbis & adjunctis paret. At com-  
 “ munia erant Petro cum reliquis Apostolis  
 “ ea, quæ hic commemorata sunt jura &  
 “ officia Potestatis sacræ; neque enim, cùm  
 “ ea in Apostolis conferrentur, Petrus ab-  
 “ skeat, neque in alium aliquo magis, quam  
 “ in

" in Petrum cadebant. Unde perspicua &  
 " inconclusa sequitur conclusio: Petrum quod  
 " iura extraordinaria Apostolatus reliquis coa-  
 " quatum fuisse, & reliquos Petro coæqua-  
 " tos. Quâ non obstante æqualitate salva  
 " manebat Prærogativa, & integer ac salvus  
 " Petri Primatus, quo reliquis singulis & om-  
 " nibus prælatus est: quo constitutus est fun-  
 " damentum totius Ecclesiæ, proindeque &  
 " Apostolorum, qui præcipua Ecclesiæ mem-  
 " bra fuerant: quo factus est Pastor univer-  
 " satis: quo denique fratres confirmare in fide  
 " debuit: unde eidem singulatim post resur-  
 " rectionem suam Dominum apparuisse no-  
 " vimus. Lucæ XXIV. Ex his non obseure  
 " intelligitur, quomodo non obstante æuali-  
 " tate apostolici munieris singularis Prærogativa,  
 " seu potius Sacer Petri Principatus habue-  
 " rit locum; quoniam & inter beatissimos Apo-  
 " stolos, ut inquit S. Leo M. in similitudine  
 " honoris fuit quædam discretio Potestatis; &  
 " cum omnium pars esset electio, uni tamen da-  
 " tum est, ut cæteris præmineret. Epist. 14.  
 " Edit. Venet.

" Erli Potestas collata in Apostolos, &  
 " conjunctim in Petrum, dimittendi pecca-  
 " ra & retinendi, alligandi ac solvendi, sit  
 " Potestas clavium dicaturque à Catholicis  
 " omnibus; non tamen ea in sacris literis  
 " clavis nomine exprimebatur, & magnopere  
 " differt à clavibus jam ante singulatim Pe-  
 " tro commissis, quæ claves regni celorum,  
 " id



ac id est, totius Ecclesiæ nuncupantur, neque  
solam in singulos subditos Potestatem, sed  
sacrum in universâ Ecclesiâ Principatum  
& Imperium denotant. Maldonat. Com-  
ment in Evang. Matth. 16. „. Hucusque  
Ch. Zallinger.

Perspicuè nunc ex iis omnibus, quæ  
toto hoc magnoque paragrapho consignata  
sunt, elucessit, qualis sit forma Regiminis  
à Christo Domino in Ecclesiâ suâ instituta,  
& de sæculo in sæculum continuata. Patet  
nempe, quod Christus instituerit *Unum*, tan-  
quam suum Vicarium, & viüibile caput Ec-  
clesiæ, cum supremâ Potestate regendi uni-  
versos Christi Fideles; quæ utique impe-  
randi gubernandique Potestas & ratio est  
*Monarchica*. Verùm, quoniam insuper Chri-  
stus adhuc alios, etsi huic *Uni* subordinatos,  
instituit Præfules etiam cum Potestate re-  
gendi; hinc Regimen istud *Monarchicum Aristocra-*  
*tia* temperatur: veluti ex notionibus Mo-  
narchiæ & Aristocratiæ in jure naturæ pu-  
blico traditis manifeste patescit.

Audiamus denuo *Antifebronium vindica-*  
*sum* Parte I. Diff. II. Cap. IV. Pag. 347. Et  
seqq. in rem hanc ita differentem: “ Constan-  
ter cum Duvallio adserimus, Monarchiam  
Ecclesiasticam non esse simpliciter absolutam,  
sed certis legibus ac finibus conclusam &  
limitatam. Primùm enim nihil potest con-  
tra jus naturæ; quæ enim ex se & suapte  
“ naq

" naturâ bona sunt, vel mala, non potest  
 " Ecclesia, sive Pontifex quocunque modo  
 " immutare. ita, ut bonum ex se, malum  
 " reddat, & econtra. Secundo, nihil potest  
 " contra jus divinum in Evangelio exaratum,  
 " aut contra Fidem scripto, vel verbo gratiæ  
 " tam, qualia sunt sanctorum invocatio,  
 " imaginum veneratio, pro vivis & defunc-  
 " tis Missæ celebratio, & quæcunque à Con-  
 " ciliis generalibus adversus hæreses sunt  
 " definita. Tertio, non potest suprema illa  
 " Potestas statum ecclesiasticum in toto, aut  
 " in parte immutare, nendum evertere: v. g.  
 " uni eidemque sexcentâ beneficia conferre,  
 " ritus etiam generaliter per Ecclesiam ab  
 " omni ævo inviolabiliter observatos abolere,  
 " & nudam tantum Sacramentorum substanti-  
 " am fidelibus relinquere. Sic enim Eccle-  
 " siæ dignitas & splendor maximè minue-  
 " tur, & ad certum exitium devolveretur.  
 " Idem statuendum de cœteris legibus disci-  
 " plinæ, quæ perpetuâ Ecclesiæ consuetudi-  
 " ne, & iteratâ Canonum sanctione sunt  
 " veluti consecratæ, ac tanquam fundamen-  
 " tales haberi possunt. Vix fieri potest, quem  
 " admodum sapienter animadvertisit Cardina-  
 " lis Orsius de Eccles. Monarch. formâ pag. 654.  
 " ut receptæ in aliquo Regno consuetudines,  
 " aviti mores & leges fundamentales convel-  
 " lantur, quin pax & tranquillitas Reipu-  
 " blicæ perturberetur; atque adeo in ipsa  
 " Regni susceptione, & in eâ generali, ex-  
 " pressâ, vel tacita promissione hæc etiam  
 quo-



" quodammodo comprehenditur, ut leges  
 " & consuetudines diuturno usu firmatæ,  
 " & quæ etiamnum vigent, iisque vigenti-  
 " bus, ipsa quoque Respublica floret ac vi-  
 " get, non modò à Principe non rescin-  
 " dantur atque labefactentur; verum etiam  
 " ut omnem is operam conferat ad earum  
 " observantium promovendam, intelligatque  
 " id esse imperii sui potissimum munus, ut  
 " leges obtineant, & inviolabiles habeantur.  
 " Quod profectò, & non aliò spectant plu-  
 " rima veterum Romanorum Pontificum  
 " testimonia, qui se non violatores & in-  
 " fraētores, sed custodes & executores Canonum  
 " profitentur; ut illud Zosimi: *Apud nos enim*  
 " *inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui sta-*  
 " *tuta Patrum sanxere reverentiam.* Et illud S.  
 " Martini, doctissimi Pontificis, & egregii  
 " Martyris: *Canones ecclesiasticos solvere non*  
 " *possimus, qui defensores & custodes Canonum*  
 " *simus, non transgressores.* Hoc ipso ergo,  
 " quod Apostolicum thronum *Romanus Pon-*  
 " *tifex concedit, se vindicem ac defenso-*  
 " *rem Canonum profitetur.* Cumque se se  
 " obstringat ad christianam Rempublicam  
 " inculpare sancteque gubernandam, & ad  
 " pietatem, ac Religionis studium, morum  
 " que sanctitatem in Cero, & in Populo  
 " promovendam; hoc ipso etiam spondet,  
 " aut spondere censetur sanctissimarum le-  
 " gum custodiam ac tuitionem, atque ea-  
 " rum imprimis quibus christiana pietas  
 " maxime continetur, & quibus vigentibus,

" ea

ea maxime continetur & floret, quæque  
 post Evangelicas, fundamentales Ecclesiæ  
 leges dici quodammodo possunt. Hinc jure,  
 & meritò An. 1482. à sacra Facultate Pa-  
 risiensi inter quatuordecim Joannis Angeli  
 Minoritæ Propositiones hæc octava: Papa  
 posset Totum jus canonicum destruere, & no-  
 vum construere, damnata fuit veluti sca-  
 dalosa, blasphematoria, notoriè hæretica,  
 & erronea. Multa enim sunt in jure ca-  
 nonico ex naturali & Divino jure profecta:  
 non pauca ad Fidei Dogmata pertinent:  
 plura ad generalem spæctant Ecclesiæ Ita-  
 tum; quæ scilicet omnia nulli humanæ  
 Potestati obnoxia cùm sint, à Romano  
 Pontifice absque piaculo convelli non pos-  
 sent. Miraberis fortasse Lector, tribui à  
 me hanc Propositionem Joanni Angelo;  
 cùm Eugenio IV. à Febronio in adnotatione  
 quadam ad secundi voluminis præfationem  
 Bulæi auctoritate adjudicetur. Ideo, in-  
 quir, indignè reputata fuit vox Eugenii IV.  
 quadam Bulla ad omnes Fideles directa scri-  
 ventis: Papam posse totum jus canonicum de-  
 struere, & novum constituere. Hanc Proposi-  
 tionem Facultas Parisiensis An. 1482. merito  
 damnavit ut scandalosam, blasphematoriam,  
 notoriè hæreticam, & erroneam. Bulæus Hist.  
 univ. Parisien. T. V. pag. 754. sed mirare  
 potius mendacissimi hominis calumniam,  
 qui Bulæum appellare audeat infandæ hu-  
 jus criminationis non tam testem, quam  
 auctorem. Nihil eo loco de Eugenio IV.  
 " Bu-

“ *Bulæus*; imò eam propositionem *Joanni Angelo* disertè tribuit. Proh! singularem  
“ in mentiendo impudentiam!

“ Præterea Ecclesiastica Monarchia mul-  
“ tūm à civili distat; non solùm enim do-  
“ minatum, qui externâ quadam splendoris  
“ specie ac superbiæ fastu exerceatur, ex-  
“ cludit, verùm etiam, quòd ex Christi in-  
“ stitutione quodam Aristocratiæ genere ci-  
“ vilibus Monarchiis non admodum usitato  
“ temperetur: ita, ut . . . non solùm (*līceat*  
“ *bic mibi Duvallii Theologi Parisiensis verbis*  
“ *uti*) ab uno Moderatore, sed etiam opti-  
“ matibus, nempe Episcopis, res Ecclesiæ  
“ debeant in solidum administrari, idque  
“ jure divino, & institutione Christi, qui  
“ unamquamque Potestatem ad Regimen Ec-  
“ clesiæ necessariam instituit: *Pontificiam*, quæ  
“ suprema est; *Episcopalem*, quæ media; &  
“ *Presbyteralem*, quæ insima. Sicut enim Chri-  
“ stus dixit Petro *Matth. XVI.* *Tibi dabo*  
“ *claves Regni cælorum*. Et *Ioan. XXI.* *Pasce*  
“ *oves meas*; ita dixit *Ioan. XX.* *Apostoli*  
“ qui Episcopos præfigurabant: *sicut misit*  
“ *me vivens Pater, ita & ego mitto vos*. Et  
“ *Lucæ X.* *Designavit & alios septuaginta duos*  
“ *& misit eos binos ante faciem suam*. His au-  
“ tem septuaginta Discipulis succedunt Pa-  
“ rochi, qui in partem solicitudinis & Ec-  
“ clesiæ Regininis pro modulo suo vocan-  
“ tur. Cùm enim Ecclesia per totum orbem  
“ esset disseminanda, & Pontifex ubique lo-  
“ corum

" corum præsens esse non posset, nec omni-  
 " nibus & singulis Ecclesiæ negotiis per se  
 " intendere; id enim Deo & Christo prop-  
 " ter Potestatem, quam vocant *Excellentia*,  
 " solum convenit; consentaneum fuit, per  
 " Regiones & Civitates sub uno supremo  
 " Moderatoro optimates constitui, qui ab  
 " illo uno dependerent, & ab eodem, si  
 " quando peccarent, emendantur. Neque  
 " verò Episcopos & Paroecos Pontificis Vi-  
 " carios dicimus, cujusmodi in civilibus sta-  
 " tibus Rectores sunt Provinciarum. Absit:  
 " Hæ *Febroni* nugæ sunt, ad invidiam Ro-  
 " mano Pontifici ejusque Defensoribus con-  
 " ciliandam. Nam, quod idem *Duvallius* scit  
 " observat, si optimates Ecclesiæ solum essent  
 " Pontificis Vicarii, facile illius Potestas in  
 " Tyrannidem degeneraret; . . . ideoque,  
 " quamvis absolute res Ecclesiæ per Ponti-  
 " ficis Vicarios administrari possent, cum  
 " tamen multò sit decentius & utilius, imo,  
 " ut ostendimus, quadam tenus necessarium,  
 " per Ministros in solidum eam administrari,  
 " credendum est, Christum formam hanc  
 " Regiminis suæ Ecclesiæ reliquisse, juxta  
 " vulgatam *Augustini* regulam: *Quidquid tibi*  
 " *vera ratione occurrerit id credas fecisse Deum.*  
 " Lib. III. de libe. Arbitr. Cap. 5. . .

Quare *Natalis Alexander* Dissertat. 4. in  
 Sæc. I. Hist. Eccl. inquit: " Optima Regimi-  
 " nis forma in Ecclesia instituta à Christo  
 " est. Sed Monarchia omnibus Regiminis

“ formis antecellit, ipsâ naturâ teste, qua  
“ Regem unum apibus, gregibus ducem unum,  
“ armentis rectorem unum præfecit, ipso  
“ naturæ Auctore demonstrante, qui in cœ  
“ lestibus Hierarchiis unum Angelum con  
“ stituit cœterorum Duce ac Præsidem  
“ ergo Ecclesiæ Regimen ex Christi insi  
“ tutione monarchicum est „.

Superaddit & hanc *Natalis Alexander* ra  
tionem: “ In Ecclesiâ veteris Testamenti, ab  
“ Aarone semper præfuit unus Summus Pon  
“ tifex, seu Princeps Sacerdotum, idque ex  
“ divinæ legis decreto *Deuteronomii Cap. 17.*  
“ unde *Josephus Lib. 2. contra Apionem* ait:  
“ *Lex Sacerdotibus in communi quidem res præ  
“ cipuas dispensare permittit: Summo vero Pon  
“ tifici aliorum Sacerdotum Principatum com  
“ petenter injungit.* Cùm itaque illius tempora  
“ ris Ecclesia figura fuerit Ecclesiæ per Chri  
“ stum constituendæ, ratio postulat, ut, si  
“ cut in illâ, præter Deum invisibilem Rec  
“ torem, fuit semper unum Caput visibile,  
“ ita & Ecclesia, præter Christum, Pastorem  
“ atque Rectorem supremum & adspecta  
“ bilem obtineat, ne minor sit illius, quam  
“ Synagogæ gloria; & ne societas ministro  
“ rum veteris Testamenti magis perfecta,  
“ ordinataque magis, quam societas mini  
“ strorum novi Testamenti censeatur „.

Præterea *Natalis Alexander* probationem  
Subministrat sequentem: “ Probarur ex simi  
“ litudinibus,

" situdinibus, sub quibus in veteri & novo  
 " Testamento adumbratur Ecclesia. *Terribilis*  
 " dicitur, ut *castrorum acies ordinata*. *Cant.*  
 " *VI*. At in acie ordinatâ præter Tribunos  
 " & inferioris ordinis Duces unus esse de-  
 " bet Imperator, ad quem Summa rei mi-  
 " litaris referatur, quique Exercitui quod  
 " factu opus sit significet ac decernat. *In*  
 " *quovis grandi Exercitu unius Signum expor-*  
 " *tatur*, inquit *S. Hieronymus in Epist. IV.*—  
 " Ecclesia Regnum est *Danielis II*. prædic-  
 " tum his verbis: *In diebus Regnorum illorum*  
 " *fuscatabit Deus cœli Regnum, quod in æter-*  
 " *num non dissipabitur*. Cum itaque Regnum  
 " Christi sit præsentis temporis Ecclesia; in  
 " eâ Summus Princeps esse deber, qui ip-  
 " sam regat ac moderetur. Ecclesia navis  
 " est, in qua per Baptisma salvamur in si-  
 " militudinem eorum, qui in arcâ Noe sal-  
 " vabantur, *I Petr. 3*. Navi porro unus  
 " Summus Naucleus præesse debebat, qui  
 " singulis nautis sua munia præscribat. Ec-  
 " clesia ovile est, *Ioan. X*. *Fiet unum ovile,*  
 " *et unus Pastor*. Nunquid verò in ovili præ-  
 " ter minores opiniones non est aliquis Sum-  
 " mus Pastor, cui incumbat ovium curam  
 " gerere, easque universim regere ac fo-  
 " vere? ... Ecclesia domus est. Nonne igi-  
 " tur unus esse non debet illius Dominus,  
 " unusque in ea œconomus constitui? ...  
 " Ecclesia denique unum corpus est, *Rom.*  
 " *XII*. Quemadmodum igitur in membro-  
 " rum multititudine caput unum est, quod



“ omnia membra necit ac regit; ita in Ecclesia Christi unum Caput supremum esse deber. Quodnam porro illud est, nisi Romanus Pontifex? „.

Denique pro coronide vasti hujus ac momentosi Paragraphi nonnulla audiamus, quæ doctissimus Abbas Nonnotte in suo Lexico Religionis contra incredulos Part. II. sub vocula PETRUS in rem nostram adducit. Dicit itaque primo: “Petrus à Jesu Christo institutus est fundamentum Ecclesiae suæ universæ, tōtiusque ædificii suæ Religionis„.

Refert hoc loco Cl. Author integrum Textum Matth. XVI. à nobis supra Pag. 68. quoque in extenso relatum; ac postea subdit: “In ordine ad vim & energiam textus hujus debitè percipiendam, animadverendum est, quòd verbum Syriacum Cephas, Petrus, æquè significet nomen masculinum, quam lapidem, quo utimur in ædificiis. Vim hanc & efficaciam recte senserat magnus Athanasius in Lit. Synodicit. ad Felicem, ubi locum istum ita proponebat: Tu es Petrus, & super Te, tanquam firmissimo lapide meo fundamentali, columnæ Ecclesiae, nimurum Episcopi, conquiescunt „.

Cùm porro Cl. Author retulisset verba Christi ad Petrum Joan. XXI. à nobis supra Pag. 74. consignata, subnectit sequentia: Hujus intuitu relationis, ubi Christus di-

cebat Petro: *Pasce agnos meos, pasce oves*  
*meas, notandum, quod hæc Christi verba*  
*idem significant, ac si dixisset eidem: Pasce*  
*universum gregem meum: nam verba hæc:*  
*meos & meas omnes illos complectuntur,*  
*qui ad Christum pertinent, agnos & oves,*  
*adeoque universa membra, omnesque ut-*  
*cunque diversos status, e quibus Ecclesia*  
*Jesu Christi componitur. Notandum est*  
*insuper, quod cura isthæc demandata fue-*  
*rit Petro in reliquorum præsentia Aposto-*  
*lorum; ut proinde cæteri Apostoli eun-*  
*dem quam talem agnoscere debuerint; eò*  
*vel magis, quod res hæc & institutio ab*  
*ipsomet peracta sit Christo in facie eorum;*  
*quodque ipsum, veluti ex post probatum*  
*ibimus, agnoverint semper, & demum ex*  
*ipso hoc motivo Fideles omni tempore*  
*erga Cathedram S. Petri reverentiam fo-*  
*verint maximam.*

Præterea in designandâ Potestate, quam  
 Apostolis tradidit Jesus, Petrus ab om-  
 nibus aliis discriminatur: omnes parem-  
 accipiunt Potestatem remittendi aut reti-  
 nendi peccata, ligandi & solvendi; uti  
 refert S. Matth. XVIII. Verùm, soli Pe-  
 tro dixit Jesus: *Tibi dabo claves Regni cœ-*  
*lorum. Nemo quandam potest intrare do-*  
*mum, aut civitatem, si is, qui claves il-*  
*lius teneret, aut ipse non aperiat, aut sal-*  
*tem aperiendi tribuat facultatem. Eodem*  
 ergo modo res se se habet cum Regno  
 cælo-



“ cœlorum, quia claves illius traditæ sunt  
“ Petro. Potestas, Facultas & Jus Fidelibus  
“ cœlum aperiendi itaque à Petro provenit:  
“ atque per hoc unitas Ecclesiæ, unitas gre-  
“ gis, unitasque Pastoris constituitur: *Fiel*  
“ unum ovile, & unus Pastor. *Ioan. X.*

“ Petrus unicus est Apostolorum, cui  
“ Jesus prædixit, quod fides ipsius nunquam  
“ deficiat: unicus est, pro quo Jesus Chri-  
“ stus rogat specialiter, & cui committit ex-  
“ post, ut suos in Fide confirmet fratres.  
“ Nam, cum Jesus dixisset Apostolis suis  
“ universis *Lucæ XXII.* *Ego dispono vobis,*  
“ sicut disposuit mibi Pater meus Regnum; pro-  
“ pria expost verba isthæc dirigebat ad Pe-  
“ trum: *Simon! Simon!* ecce Satanás expeti-  
“ vit vos, ut cribraret, sicut triticum: *Ego au-*  
“ tem rogavi pro Te, ut non deficiat Fides tuu-  
“ s. *& Tu aliquando conversus, confirma Fratres*  
“ *tuos.*

“ Hujus in consequentiam Potestatis &  
“ Dignitatis supremi Capitis Ecclesiæ, Pe-  
“ trus immediate post Christi ascensionem  
“ Regimen Ecclesiæ in omnibus causis gra-  
“ vioribus suscipiebat. Curabat itaque statim,  
“ ut loco Judæ proditoris duodecimus eli-  
“ geretur Apostolus Act. I. Gentilibus ipse  
“ primus januam aperiebat Evangelii *Act. X.*  
“ Ipse primum Hierosolymis congregavit  
“ Concilium, quod ejus cum reverentiâ sen-  
“ tentiam recipiebat, ubi omnes congregati  
“ tace-

"tacebant, ut primum loqui ipse incipiebat,  
 "Act. XV. Et in omnibus libris Evangelii  
 "eis semper ante alios nominatur. — Ad  
 "ipsum se conferebat Paulus, ut cum eo  
 "ageret, eique rationem redderet, qua ra-  
 "tione Evangelium ipse praedicaret; ut se-  
 "curus esse possit; & ne forte in vacuum cur-  
 "raret, aut cucurisset. Gal. II. Pro ipso sine  
 "intermissione universa orabat Ecclesia, dum  
 "ab Herode detinebatur captivus. Act. XII.  
 "Omnia denique testantur, quod in univer-  
 "sam Ecclesiam jurisdictionem suam exer-  
 "cuerit, quodque Ecclesia tota hanc ipsius  
 "Potestatem agnoverit.

"Concludi ex hisce potest, quam in-  
 "epte loquuntur illi, qui, dum de successore  
 "sancti Petri sermonem habent, eum non  
 "alio, quam Episcopi Romani nomine com-  
 "pellant: ex quo facile conficitur, quod  
 "homines istius commatis aut in Religione  
 "parum instructi sint, aut contra Religio-  
 "nem prava sensa foveant. — Illud pro-  
 "fectò notatu dignissimum est, quod illi,  
 "qui ejusmodi terminis & expressionibus  
 "majore cum fastu & audaciâ uti consue-  
 "verunt, homines quandoque sint vilissimi  
 "&c. .... Praeter ea singula, quæ hucus-  
 "que pro præminentia Potestatis Principis  
 "Apostolorum ad tulimus, adhuc in libris  
 "Evangeliorum multi alii extant textus,  
 "qui dona præcipua prærogativasque ex-  
 "traordinarias indicant, quibus condecora-

« tuus & exaltatus fuit Petrus. — Revelatione  
 « penitus singulari illustratus erat & excita-  
 « tus, dum primus de æternâ Jesu Christi  
 « Deitare testimonium perhibebat. *Matth. XVI.*  
 « Idemipse primus erat inter Apostolos, cui  
 « post Resurrectionem suam apparebat Do-  
 « minus. *Lucæ XXIV.* Ex ore Domini per-  
 « cipiebat, quod, quemadmodum Hic, ita  
 « & Ipse moriturus sit morte crucis. *Ioan.*  
 « *XXI.* Miraculis tam præpotens erat, ut  
 « per ipsam usque adeo corporis sui um-  
 « bram infirmi curarentur. *Act. V.* Verba  
 « ipsius tam energica erant & penetrantia,  
 « ut uno sermone quinque millia ad Chri-  
 « stum converterentur constantia ejusdem, no-  
 « titia & acumen, simul arque auctoritas,  
 « quibus in perorando urebatur, Summum  
 « Sacerdotem totamque Synagogam stupore  
 « afficiebant & admiratione *Act. IV.* — Rem  
 « verbo: Cuncta in ipso Vicarium Christi  
 « Dei in terris, ac spiritus sancti instrumen-  
 « tum testificabantur.

Quæ cum ita sint, oportet, ut simus  
 in hac doctrinâ stabiles, atque ab institutâ  
 per Christum sacra Hierarchiâ, quam & in-  
 fallibilis Ecclesia catholica communivit, ne  
 latum quidem unguem recedamus.

# CAPUT III.

*De Judice Contraversiarum p̄cipue in Causis Fidei.*

## §. I.


*De necessitate talis Judicis.*

**Q**uia ratione Christus Dominus suam instituerit Ecclesiam, quæ jura eidem in sacris suis Præfulibus contulerit, ex omnibus illis, quæ hucusque retulimus, prope intelliguntur. Ecclesia nimirum est sacerda, eademque perfectissima Respublica, cui Christus, ac spiritus sanctus indefectibiliter adfistunt, ne ipsa in errorem Fidei prolabatur.

Cum itaque in omni Republicâ rectè ordinatâ oporteat esse Judices, qui ocurrentes controversias debitâ ratione discutiant, rectoque judicio terminent atque definiant; profectò sanus nemo inficiabitur, in sanctâ illâ ordinatissimâ Republicâ, quæ Deum ipsum pro immediato conditore habet, Judicem gravissimarum illarum controversiarum, quæ circa res potissimum Fidei suboriuntur, existere debere, providoque Dei consilio suisse institutum.

Quare Author *Instit. Theologic. Diff. IV.*

*Art. I. Prop. I.* inquit: " Illud profectò non fuit



“refuit à Christo prætermissum, quod lumine  
naturali ducere ipsi gentilium legiſtatores  
hinc fornando Reipublicæ ſuæ Regimine in-  
ſtituerunt; at qui apud gentiles erant Pon-  
tifices o conſtituti tanquam Religionis in-  
terpretes, & earum, quæ naſcerentur,  
difficulatum judices. Tales iſtituit Nu-  
ræma Pompilius apud Romanos; Galli ſuos  
habebant Druidas; Assyrii & Babylonii  
Chaldaeos; Persæ & Medi Magos.”

Cùm porro à rectâ cognitione verita-  
tum ad Fidem pertinentium ſalus noſtra de-  
pendeat æterna; cumque in defectu judicis  
in gravissimâ hâc cauſâ competentis facile  
in errorem induci poſſimus, maximè, dum  
vera dogmata ſæpius ab Hæreticis & incre-  
dulis ſerpentino morsu arroduntur, ac falſa  
non raro pro veris obtruduntur; hinc om-  
nino neceſſum fuit, ut Christus de compe-  
tentibus controverſiarum in tanto negotio  
occurrentium judicibus nobis provideret; qui  
proinde nobis viam veritatis oſtendere, atque  
in Fidei petrâ consolidare nos poſſent atque  
deberent.— Cùm insuper Deum Ecclesiæ Ju-  
dicæ ſeu Synagogæ controverſiarum Judi-  
cem dediffe notorium sit; nemo dubitaverit,  
Christum, qui Synagogæ excellentiſſimam  
ſuam ſubstituit Eccleſiam, huic quoque me-  
diū tantopere neceſſarium cumulatiuſim-  
pendiſſe.

Judicem in definiendis Eidei controver-  
siis ultimatum debere esse infallibilem, vel  
ex hoc solo conficitur, quod Fideles judi-  
cio ac sententiae illius tutò acquiesceret ac  
subscribere possint ac debeant, quod proin-  
de per eam dubium omne tollatur; ita, ut  
indefectibilis inde certitudo enascatur, quid  
pro vero, quid pro falso tenendum: nam  
vero manifestum est, id locum non habere  
sine judicis istius infallibilitate.

## S. II.

*Supremus Controversiarum in Religionē ju-  
dex statui nequit sola Scriptura, multò minus  
Spiritus privatus, aut Potestas civilis.*

**Q**uisquis vel obiter Protestantium princi-  
pia noscit, primo conspicit obtutu, quod  
nobis quoad rem hanc prænotatam cum ip-  
sis sit **controversia**; quam quidem debitè  
expediemus.

Imprimis itaque *S. Scriptura* propriè lo-  
quendo non est supremus judex suborien-  
tium in Religionē controversiarum; distin-  
guere namque oportet in omnibus causis hæc  
duo: *Lex*, & *Judex*. Nam *Lex* est *Regula*,  
secundūm quam *Judex* suam debet instituere  
*Sententiam*: jam verò sacram *scripturam*  
*Legem* esse nemo negat: igitur hæc ipsa  
nequit esse proprius *judex*, qui relatè ad ip-  
sam

audiom & ab illo ad cuiuslibet non melius  
sam hanc scripturam in causis controversis  
definitivum ferret judicium. — Silens igitur  
Regula à judice pronunciantे distinguitur;  
quare etiam in omni Republica aliud est  
lex, aliud judex & Magistratus.

Cùm porro ipsi Protestantes negare non  
amplius audeant, non omnia in scripturā  
tam clara esse, ut interpretatione & definiti  
explicatione non indigeant; hinc per se con  
sequitur, quòd Scriptura in variis judicem  
deposcat ab ipsâ distinctum, qui legitimā  
certaque ratione decernat proprium & à  
Deo intentum in locis difficilibus sensum,  
ne in errorem inducantur Fideles. Sanè,  
“Quædam sunt difficultia intellectu; quæ in  
“docti & instabiles depravant, sicut & cæ  
teras scripturas, ad suam ipsorum perdi  
ctionem. “*H. Petr. III. 16.* — Igitur scrip  
tura cùm exponi per alium debeat, judicem  
alium à se distinctum necessariò reposcit. —  
Quis etiam ignorat, quòd ipsimet Protestan  
tes in ordine ad copiosas & frequentes apud  
ipsos de fide & moribus exortas lites diri  
mendas, aut saltem sopiendas, synodos sæpe  
sæpius congregare coacti fuerint, & hodie  
cum adhuc cogantur? Quis ignorat, quod  
Protestantes, etsi rectam & eandem à Deo  
dictatam Scripturam sese habere glorientur;  
nihilominus in Fide diversissimas nutriant  
teneantque opiniones? Quis denique ignorat,  
id non ex alio fonte manare, quam quòd  
non habeant generalem eundemque infalli  
bilem.

bilem in controversiis de Fide & moribus  
alium judicem, cuius sententiae omnes in  
unum colla submitterent & capita?

Cum itaque Protestantes in causâ hit-  
cusque enarrata nullum amplius præsidium  
inveniant, ad castrum confugiunt aliud, ve-  
runtamen undequaque ruinosum penitusque  
fatiscens, nempe ad *spiritum privatum*, quem  
complures eorum pro legitimo & compe-  
tente judge controversiarum circa Fidem &  
mores divendit.


Spiritum privatum! — Pro judge con-  
troversiarum, à quarum rectâ decisione sal-  
lus æterna dependet! — Quis quæcio! pri-  
vatum hominis spiritum judicem postulave-  
rit aut admiserit in decisione cauæ, quæ  
aliquot Carolinos importat? Et tamen pri-  
vatus ille spiritus ponderabit, atque infalli-  
biliter discernet, quodnam sit genuinum  
Dei verbum, qui rectus illius sensus;  
ita quidem, ut omnimodam æternæ salutis  
nostræ securitatem vertiginoso huic capiti  
superimponere possimus! — Sed quibus  
ineptiis non implicantur illi, qui veram  
Christi Ecclesiam, ac Petri Cathedram in-  
feliciter deserunt! — Nullus profectò bea-  
titatis æternæ sincere cupidus tam pericu-  
loti, incerti, ac pro semetipso abrepti judi-  
cis sententiam in hâc causâ extremi momenti  
suscipiet. — Sanè, cum spiritus privatus sit  
varius in variis hominibus, quisque ad li-



bitum fidei dogmata sibi effingeret: tot ferte Religiones succrescerent, quot essent capita, in quibus privatus ille judex resideret, iisque in causâ Religionis præcipiteret: anceps proinde & dubius semper hæreret animus, an judex Caji, num verò potius judex Titii reētè decreverit: Sic spiritus ille privatus suggestit fortè *Luther*, aliquos ē Canone Ecclesiastico libros expungendos esse, quos tamen retinendos esse spiritus itidem privatus *Calvino* persuasit. *Luther* item à spiritu privato dictatum fortè fuit, hæc verba Christi: *Hoc est corpus meum de reali præsentia corporis Christi in Eucharistiâ saltem in summatione intelligenda esse*; dum tamen spiritus quoque privatus interpretationem penitus contrariam in mentem *Calvini* injecit: & sic de plurimis aliis. Sed quis horum omnium extreamam non sentit ineptiam?

Patet ergo, quod spiritus privatus controversias in fide & moribus non solum non finiat, sed quasi in infinitum protendat atque multiplicet. Cùm igitur Christus in Ecclesiâ suâ judicem esse voluerit & constituerit, qui partes litigantes coram formato visibilique tribunali audire, causam legaliter discutere, & sententiam publicè ferre queat, ut eâ ratione pax & unitas in Ecclesia constabiliatur; hinc spiritus privatus meritò per ipsam etiam naturalem rationem ex sancto hoc tribunali ejectus fuit & eliminatus.

Asylum nihilominus adhuc aliquod pro  
 salvando spiritu privato se se invenisse op-  
 nantur Protestantes aliqui aut *in radio spiri-  
 tū Dei*, cum *Claudio* suo; aut *in interiorē  
 gustu veritatis*, quem eorum *Jurius*, seu *Ju-  
 rieu* in hunc effectum excogitavit. — Verū  
 neutrū statui posse pro iudice controver-  
 siarum in Religione, quis quæso! primo non  
 perspicit intuitu? Quo enim jure, quo con-  
 vincente argumento dicet nobisque proba-  
 bit *Claudius*, se in definiendis controversiis  
 fidei & morum habere re ipsa *radium spiritus  
 Dei*, & tantum quidem *radium*, vi cuius in-  
 fallibiliter ipse, eaque ratione causam illam  
 definire possit, ut rotus orbis *Christianus  
 ejus* iudicio possit debeatque turò acquies-  
 cere? Dicent & ali, quibus *Claudiana* non  
 arridebit interpretatio & definitio in rebus  
 fidei & morum, se se per *radium spiritus  
 Dei* illustratos sentire oppositum; dicent, in-  
 quam, hoc ipsum eodem jure, quo contra-  
 riū contendit *Claudius*. — Ergone *spiritus  
 Dei* in se divisus est? — Idem est de *inte-  
 riorē gustu veritatis* ex parte *Jurii*: cui enim  
 vel mediocriter ricto persuadebit *Jurius*,  
 se, aut alium quendam, aut fortè omnes  
 talem interiorē habere *gustum veritatis*, vi  
 cuius circa res tam delicatas, tanti ponderis,  
 tantique momenti, ut à recta earum determi-  
 natione salus pendeat æterna fidelium, judi-  
 cium ferri possit infallibile & ineluctabile;  
 cui proinde omnes acquiescere tenentur?  
 Sanè, sicut innumeri & oppositi sunt homi-  
 num



num gustus; ita & innumeri oppositique  
 sensus enascentur: quilibet de gustu *veritatis*  
 sibi competente gloriabitur. Quot igitur  
 quantique inde manabunt errores oppositi!  
 quot opinionum commenta secum pugna-  
 nia! quanta erit animorum discordia! Fana-  
 ticus quisque, ut suis placitis auētoritatem  
 conciliet, lucidum spiritū divini radium sibi  
 adfulgere, suamque animam interno verita-  
 ris gustu adfici pertinaciter adfirmabit: quis  
 autem illum mendacii convincere poterit?  
 Radius ille divini spiritū, gustus iste veri-  
 tatis omnino internus est, invisibilis est, aliis  
 que imperceptibilis: quo igitur sensu ab aliis  
 debitè cognosci, & tanquam publica regula  
 definiens admitti poterit? Si igitur viri isti  
 suis consodalibus non ex industriā imponere,  
 saltem duntaxat jocari velle putandi sunt.  
 Sed vereor, ne illud Ezechielis XIII. 3. 4.  
 f. 6. tangat illos; nempe: “Væ Prophetis  
 “*insipientibus*, qui sequuntur *spiritum suum*,  
 “ & nihil vident. Quasi vulpes in desertis  
 “ Prophetæ tui Israel erant. NON ASCENDIS.  
 “ TIS EX ADVERSO, NEQUE OPPOSUISTIS MURUM  
 “ PRO DOMO ISRAEL, UT STARETIS IN PRÆLIO  
 “ IN DIE DOMINI. Vident vana, & divinant  
 “ mendacium, dicentes: Ait Dominus, cum  
 “ Dominus non miserit eos; & perseverave-  
 “ runt confirmare sermonem ”.

Potestas judiciaria in controversiis fidei  
 & morum tribui etiam nequit Populo, ut  
 varij Protestantes perperam contendunt; ne-  
 quo

que etiam Ecclesiæ infallibilitas Magistratui politico subjacet, veluti comminiscuntur Angli; nec denique judicium in his controversiis repetendum est à consistorio conflato ex Ministris & senioribus laicis; quemadmodum fabulantur Puritani cum *Calvino* & *Beza*.

Enimvero Poteſtas hæc judiciaria ibi ſolummodo reperitur, ubi Christus eandem collocare ac vigere voluit; aſt non populo & plebi, non Magistratui civili ſive politico, non Ministris & senioribus Sacerdotii expertibus ullibi locorum, ſed Apostolis eorumque, dicta in prioribus ratione, ſuccesſoribus Poteſtas iſta divinitus eft tradita; iis namque dictum eft: “ Adtendite vobis, & in universo gregi, in quo vos ſpiritus sanctus posuit Epifcopos regere Eccleſiam Dei ”.

*Act. XX.* — Item His, & non aliis dixit Christus: “ Vos eftis ſal terræ. Vos eftis lux mundi ”. *Matth. V.* — Inſuper: “ Tu es Petrus, & ſuper haec Petram aedificabo Eccleſiam meam ”. *Matth. XVI.* Ita nimirum etiam, ut portæ inferi adverſus Eccleſiam in hac petrâ ſolidatam nunquam prævaliturnæ ſint; quod utique vel maximè ad integritatem & ſtabilitatem ſanæ doctrinæ vel maximè referendum eft. — Illis denique folis Poteſtas hæc judiciaria competit, qui- bus Christus dedit clavēs, quibus suas com- milit oves, quibusque auctoritatem ligandi ac ſolvendi confeſſit; hæc verò Petro, & Apoftolis, non verò Principibus, Magistra- tibus,

tibus, laicali Consistorio, aut Populo tradita  
fuisse ad sufficientiam probavimus, & perenni  
veræ Ecclesiæ praxi ab Apostolis usque ad  
nos deductâ consolidatur.

Juvat hinc profectò audire S. Ambrosium  
*Epist. XXI. ad Valentinianum II. Imp.* “Quan-  
do audisti, clementissime Imperator, in  
causâ fidei Laicos de Episcopis judicasse?  
Ita ergo quadam adulazione curvamus, ut  
Sacerdotalis juris immemores, & quod  
Deus donavit mihi, hoc ipse aliis putem  
esse credendum? Si docendus est Episco-  
pus à Laico, quid sequetur? Laicus erga  
dispuret, & Episcopus audiat, Episcopus  
discat à Laico. At certè, si vel scriptura-  
rum seriem divinarum, vel vetera tem-  
pora retrahemus, quis est, qui abnuat  
in causa Fidei Episcopos solere de Impe-  
ratoribus Christianis, non Imperatores de  
Episcopis judicare? Eris, Deo favente,  
etiam senecturis maturitate proiectior,  
& runc de hoc censem, qualis Episco-  
pus sit, qui Laicis jus Sacerdotale sub-  
sternit. Pater tuus (*Valentinianus I. Imp.*)  
vir maturioris ævi dicebat: Non est meum  
judicare inter Episcopos; Tua nunc Cle-  
mentia: Ego debeo judicare.”

Possem adhuc allegare magnum illum  
Ofium Cordubensem, Athanasium, Gregorium  
Nazianzenum, Chrysostomum, Joannem Da-  
mascum &c. Sed de his, ubi de nexu Im-  
peri cum Ecclesia agemus,

Quæ in contrarium solent adversarii allegare imperantium civilium facta, nullib[us] pressius compacta invenio, quam apud Cl. Sardagna, Tom. II. Tract. III. Artic. 11. de jud. controv. §. CXLVIII. & duobus sequentibus, ubi ponit sequentia:

“ Objiciuntur facta Imperatorum. — Imperatores saepius officio judicis functi sunt in materia Religionis, Episcopis non invitatis: ergo. — Primo, *Constantinus magnus* judices destinavit, qui Cœciliani & Donatistarum causam discuterent, quamvis Donatistæ prius jam damnati fuerint in Concilio Romano ab octodecim Episcopis, atque ipso Melchiade Romano Pontifice, eosque remisit ad Concilium Arelatense iussu suo congregatum. Cumque Donatistæ, etiam post hoc Concilium, ad ipsum Imperatorem provocassent, ultimum ille hac in causa tulit Judicium. — Secundo, Imperatores præsederunt Conciliis œcumenicis; Marcianus & Pulcheria Chalcedonensi, Constantinus Pogonatus Constantinopolitano tertio, Irene & Constantinus Nicæno secundo, Basilius Constantinopolitano quarto. — Tertio, Ipsi Imperatores subscriperunt Concilio. — Quarto, Justinianus Imperator de sacris Liturgiæ ritibus constitutionem edidit, quâ mystica verba consecrationis Eucharistiæ non demissa, sed elata voce proferri jussit, pluraque, quæ Ecclesiam tangunt, in legibus

“ Cæfareis constituit. — *Quinto Capitularia*  
 “ Caroli magni multa continent de Ecclesiis  
 & Religione &c.

“ Respond. Multa sæpe fiunt juri na-  
 turali, ac divino contraria. — Resp. ad im-  
 neg. Anteced. Nam ipse *Constantinus agno-*  
*vit*, & sæpius professus eit, eam causam  
 ad suum forum non pertinere, ut mani-  
 festum est ex ejus Epistola ad Patres Con-  
 cilii *Arelatensis* in qua scribit Imperator:  
*Quonies à me ipso improbissimis additionibus suis*  
*sunt condignâ responsione oppressi?* Qui un-  
 que, si hoc ante oculos habere voluissent, mi-  
 nimè hoc ipsum interposuissent. Meum judicium  
 expostulant, qui ipse judicium Christi exspecto-  
*Lico enim*, ut se veritas habet: Sacerdotum  
 judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus  
 residens judicet... Perquirunt sæcularia, re-  
*linquentes cœlestia. O rabida furoris audacia!*  
*Sicut in eausis gentium fieri solet, appellatio-*  
*nem interposuerunt...* *Quid hi detractores le-*  
*gis, qui renuentes cœleste judicium, meum pu-*  
*taverunt postulandum, sic sentire de Christo*  
*Salvatore?* — Ut tamen Donatistis prætex-  
 tum omnem admireret, eos, consentiente  
*Sylvestro Romano Pontifice, ad aliud Con-*  
*cilium plenius, nempe Arelatense Ducen-*  
*torum Episcoporum remisit. Cum autem*  
*nec sic quidem illi cederent, ut scribit S.*  
*Augustinus Epist. 45. alijs 162. ad Glorium*  
*& Eleusium Cap. 7. Eis ipse cessit, ut de illa*  
*causa post Episcopos judicaret, à sanctis An-*

" *tistibus postea veniam petiturus, dum tamen illi, quod ulterius dicebent, non haberent si ejus sententiæ non obtemperarent, ad quem ipsi provocaverunt, sic & illi aliquando cederent veritati.*

Addi potest & alia Constantini magni confessio, quam refert Rufinus *Lib. I. Hst. Cap. I* sub his terminis: *Deus vos constituit Sacerdotes, & Potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. & ideo nos a vobis rite judicatur, vos autem non potestis ab hominibus (laicos) judicari.*

" Respond ad 2dum: Imperatores Conciliis præfederunt, non ut fidei judices, sed ut Concilii Protectores, & pacis Defensores. Cœterum verbum præsidere denotat hic sessionem tantum honorariam, scimus enim Conciliis illis autoritative præsedisse Romani Pontificis Legatos.

Et sane Marcianus ipse in oratione quam actione 6. habuit ad Patres Concilii Chalcedonensis inter alia dixit, se cum uxore piissima Pulcheria ad Concilium venisse, ad fidem roborandam, non ad aliquam Potentiam ostendendam, aut exercendam.

" Respond. ad 3tum: Imperatores subscripti quidem; sed modo diverso ab Episcopis veris in materia Religionis iudicibus. Subscripti illi Synodo, non ut Epis-

“ Episcopi definientes, sed ut consentientes, ut  
 “ pater ex subscriptione Constantini Pogo-  
 “ nati in sexta Synodo: *Constantinus in Christo*  
 “ *Deo Rex, atque Imperator Romanorum,* le-  
 “ *gimus & consensimus.*

“ Respond, ad 4tum: *Justinianus Impe-*  
 “ *rator sæpius limites Potestatis suæ trans-*  
 “ *gressus est. Et quamvis quædam, quæ in*  
 “ *jure civili continentur, & à Justiniano de-*  
 “ *creta sunt, in Ecclesiâ adhuc obseruentur;*  
 “ *id tamen non oritur ex vi legum civilium,*  
 “ *sed ex acceptatione Ecclesiæ; ut Agapetus*  
 “ *I. scribit Justiniano, qui edictum aliquod*  
 “ *de fide orthodoxâ promulgarat: Firinamus,*  
 “ *inquit, laudamus, amplectimur: non qua*  
 “ *Laicis authoritatem Prædicationis admittimus;*  
 “ *sed quia studium fidei vestræ Patrum nostro-*  
 “ *rum Regulis conveniens confirmamus atque ro-*  
 “ *boramus. Græci Imperatores præcipue post*  
 “ *Sæculum IX. eosque propriam authori-*  
 “ *tatem extenderunt, ut non solum leges*  
 “ *ad Ecclesiam ejusque Ministros pertinen-*  
 “ *tes publicarent, nullâ omnino habitâ sa-*  
 “ *crorum Canonum ratione; verùm etiam*  
 “ *ulterius progressi, Potestatem sibi vindic-*  
 “ *carent Episcopatus, Metropolesque novas*  
 “ *creandi, Ecclesiis vacantibus Episcopos*  
 “ *concedendi, priscis Metropolitanis suffra-*  
 “ *ganeos subducendi, ac tribuendi Episco-*  
 “ *pis facultatem, ut in alieno territorio Pon-*  
 “ *tificalia exercerent. Vide Ludov. Thomassi-*  
 “ *num de veteri, & nova Disciplina Ecclesiæ*  
*Part. I. Lib. I. Cap. 43.*

“ Respond. ad *stum*: Capitularia Caroli  
 “ magni nihil aliud continent, quam Cano-  
 “ nes Conciliorum, quibus Carolus in unum  
 “ codicem collectis, rogantibus Episcopis,  
 “ nomen suum præfixit, ut sic illi diligen-  
 “ tius observarentur à fidelibus, cù n cer-  
 “ nerent, idem ab utraque Potestate, spi-  
 “ rituali, & politica præcipi „.

### §. III.

*Utrum Ecclesia sit infallibilis judex in con-  
 troversiis Religionis?*

Ecclesiam Christi esse societatem *inæqualem*, in qua Potestas *rectoria* ex ordinatione divina existit penes Ecclesiæ Præsules, & præ-  
 primis penes Christi in terris Vicarium, summum nempe Pontificem, ex ipsâ Ecclesiæ notione patescit. Illos quoque debitâ ratione spectatos *judices* esse, ex iis, quæ hu-  
 cusque retulimus, momentis invictè deducitur.

Dum itaque instituitur quæstio, an Ecclesia sit infallibilis judex controversiarum in causâ religionis occurrentium, facile cognoscitur, quæstionem istam non ad Principes hujus mundi, non ad collectionem plebis, neque etiam ad particulares Pastores, sed vel maximè ad universos debitè coöordinatos judices referri. Ecclesia, quæ est *colunna & firmamentum veritatis I. Timoth. III. 15.* solidatur in cathedrâ Petri, “ Tu es Pe-  
 “ trus,



“trus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & Portæ inferi non prævalent aduersus eam”, *Matt. XVI, 18*

Ecclesia hæc spectari potest aut ut congregata in Concilio quodam generali, & ecumenico; aut ut per totum orbem christianum dispersa, ita tamen, ut concorrentium consensus in iis, quæ ad fidem & mores pertinent, sit moraliter unanimis. — Cùm igitur Ecclesiæ ad promissa sit aduentia spiritus sancti, cumque Christus cùm ipsâ usque ad consummationem sæculi; consequens est, quod tam Ecclesia congregata, quam dispersa dono *inerrantiae* gaudeat; maneat enim semper una eademque Ecclesia Christi universalis.

Resolvimus itaque, quod vera Christi Ecclesia sit judex infallibilis Controversiarum fidei & morum; adeoque per judicium illius controversias istas terminari catenus, ut quilibet definitivæ illius sententiæ acquiescere debeat atque subscribere.

Nam controversiarum harum judex infallibilis & ultimatus est, quem Ecclesiæ fundator Christus Dominus talē esse voluit, & instituit; atvero Christus Ecclesiam suam voluit esse judicem infallibilem in rebus tanti momenti, id nobis manifeste indigitando, dum dixit: “Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.”

“ meam, & portæ inferi non prævalebunt  
 “ adversus eam „. *Matth. XVI.* Enimvero,  
 cum Ecclesia à Christo ita sit ædificata su-  
 per hanc Petram, ut portæ inferi prævalere  
 adversus eam nequeant, necessariò consequi-  
 tur, quòd neque perversi fidem impugnan-  
 tes homines, neque ipsa usque adeo fraus  
 ac vis diabolica veræ Ecclesiæ dogmata con-  
 cutere valeant atque infringere: his quippe  
 concussis mysticum istud ædificium corruat  
 necessum est. Ad hoc verò, ut Ecclesia im-  
 munem se conservet à concussione & in-  
 fractione Dogmatum, pollere debet vi ac  
 potestate infallibili & ineluctabili judicandi  
 definiendique, quænam sit vera atque divi-  
 na, & quænam sit falsa ac diabolica doctrina  
 in fide & moribus; quia secus ipsa cum Fi-  
 delibus in errorem induceretur insanabilem,  
 & ita portæ inferi adversus eam prævale-  
 rent contra apertam Christi promissionem.

Ad hanc igitur Ecclesiam, uti nempe  
 superius *Pag. 9.* à nobis definita fuit, debite  
 etiam referuntur sequentia Christi verba:  
 “ Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus  
 usque ad consummationem sæculi „. *Matth.*  
*XVII.* — “ Spiritus veritatis docebit vos om-  
 nem veritatem „. *Ioan. XVI.* — “ Et ego  
 rogabo Patrem, & alium Paraclytum da-  
 bit vobis, ut maneat vobiscum in æter-  
 num, Spiritum veritatis „. *Ioan. XIV.* —  
 Si Ecclesiam non audierit, sic tibi sicut  
 “ Ethnicus, & Publicanus „. *Matth. XVIII.*

Circa

Circa ad applicationem ultimi hujus tex-  
 tūs ad præsens momentum, Cl. Sardagna  
 Tom. II. Art. II. Controv. II. recè notat re-  
 quentia: "Quanquam hic Christus de inju-  
 riis loquatur, quas unus ab alio patitur,  
 multò magis tamen hæc verba intelligen-  
 da sunt de injuriis, quæ fiunt in totam  
 Ecclesiam, & in Deum, qualis est Hære-  
 sis. Si enim Ecclesia in causâ injuriæ par-  
 ticularis inter re & proximum tuum est  
 necessariò audienda; quantò magis au-  
 dienda est, quandò oritur Controversia de  
 Fide, re omnium gravissimâ, quæ ipsum  
 Deum, & universum corpus Fidelium  
 offendit? Et si singulares Prælati Ecclesia-  
 rum particularium indistinctè sumti in cau-  
 sis moralibus tantâ pollent Authoritate,  
 ut qui illorum judicio stare recusat, sit  
 sicut Ethnicus habendus; multò magis in  
 Religionis dissidio obsequendum est judi-  
 cio Pastoris universalis, & Ecclesiæ totius.  
 Apostolus I. ad Timoth. III. 15. ait: Ut  
 scias, quomodo te oporteat in domo Dei con-  
 versari, quæ est Ecclesia Dei domini, columna  
 & firmamentum veritatis. Quæ verba non  
 de particuliari Ecclesia Ephesina, cui præ-  
 erat Timoteus, sed de universalí Ecclesiâ  
 juxta obvium sensum intelligenda sunt.  
 At, si universa Ecclesia in errorem con-  
 tra Fidem laberetur, non veritatis, sed  
 falsitatis foret columnæ.

Ecclesia igitur, quæ in errorem induc labique nequit, gaudet collatâ divinitus Protestare, de ingruentibus contra fidem & mores erroribus infallibiliter judicandi, eosdemque detegendi ac proscribendi, ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Ephes. IV. 12. — Profectò, si Ecclesia in gravissimo isthoc negotio non esset infallibilis, aëtum foret de Ecclesiâ ipsâ, atque de salute æternâ Fidelium.

Et revera, probasse, Ecclesiam nostram esse veram Ecclesiam, veluti è notis ejus characteristicis invictè probavimus, idem est, ac evicisse, hanc unam, sanctam, catholicam, & apostolicam Ecclesiam esse judicem competentem occurrentium in Religione dissidiorum. Vera Ecclesia veros habere, atque in se complecti debet judices, qui obvenientes in ea dirimant & decernant controversias; Quis enim Reipublicæ rectè ordinatæ, sive sacra sit, sive profana, jus istud denegare ausit? — Societates politicæ in gremio suo suos habent judices, qui controversias ad forum illud pertinentes vi decretria finiunt, & sic pacem ac tranquillitatem pro salute Reipublicæ custodiunt atque consolidant; ergo à potiore per providum Dei consilium in Ecclesiâ tanquam societate divinitus institutâ existunt judices definientes recto ordine causas sacras, à quarum debitâ resolutione salus æterna dependet. Hos porro

judi-



judices sive in unum congregatos, sive per orbem christianum dispersos Ecclesiam representare, nemo est, qui ambigat.

Progrediamur insuper ad *Traditionem*, & luculentis ex eâ testimoniis confirmemus, quod Ecclesia sit iudex memoratarum controversiarum. Sic statim in principio nascientis Ecclesiae Apostoli plena Auctoritate decernebant ea, quae circa observantiam legatum occurrerent. Decretum hoc suum ad primos dirigebant Fideles, & id ipsum tanquam spiritus sancti oraculum annuntiabant, dicendo: *Vtsum est spiritui sancto, & Nobis.*

*Aet. XV. 28.* — Et S. Ignatius Martyr, ac discipulus S. Joannis in sua ad Philadelphi. Epistolâ indigitat, quod si quis schismatico adhaereat, non sit heres Regni cœlorum; & quod omnis, qui se induci permittit in aliam, quam Ecclesiae doctrinam, alienus sit à Passione Domini.

De cœtero Patres Græci ex ordine ita loquuntur: nempe S. Irenæus Lib. III. adversus Hær. Cap. IV. ait: "Non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum Apostoli quasi in depositorum dives plenissimè contulerint omnia, quæ sunt veritatis, ut omnis, quicunque velit, sumat ex eâ potum vitae — Eusebius Lib. I. de Præparatione Evangelicâ Cap. III. inquit: "Certum est. Sa vatorem nostrum prædixisse, Doctrinam suam in testis


" testimonium omnium gentium per uni-  
 " versum terrarum orbem prædicarum i-  
 " & Ecclesiam, quæ postea virtute suâ con-  
 " stituta est, invictam atque inexpugnabilem  
 " fore, nec unquam futurum, ut à morte  
 " supereretur, sed firmam fore semper & im-  
 " mobilem, tanquam in Petra stabilitam at-  
 " que fundatam,,. — S. Alexander Episcopus,  
*Alexandrinus in Epist. ad Alexandrum Constan-*  
*topolitanum dicit:* "Ecclesiam unam solam,

" catholicam & Apostolicam agnoscimus;  
 " quæ sicut nunquam expugnari potest,  
 " etiamsi totus mundus eam oppugnare illi-  
 " stituat, sic omnem impiam Hæreticorum  
 " incursionem evincit ac profligat,,. — S.  
*Athanasius in Epist. ad Epictet. pronuptriat:*  
 " Hoc solummodo ad ea respondere suffi-  
 " cit, quod ista non sint catholicæ Ecclesiæ,  
 " neque ista Paras nostri senserunt,,. — S.  
*Cyrillus Hierosol. Catech. XVIII. restatur:*  
 " Catholica vocatur Ecclesia, quia per uni-  
 " versum sit terrarum orbem diffusa; &  
 " quia docet catholicè, id est, universaliter,  
 " & sine ullo defectu vel differentia, omnia  
 " dogmata, quæ deberent venire in cogni-  
 " tionem,,. — S. Chrysostomus Serm. de Pen-  
 " tecoste ait de Ecclesia: "Non tenerur tem-  
 " porum qualitate, sed spiritus eam sancti,  
 " gratia gubernat; & ideo non senescit,,  
 " nec contrahitur, & multis oppugnantibus,  
 " non opprimitur,,. Et *Homilia*, cum de  
 " suâ expulsione ageretur: "Christi Ecclesia  
 " nihil fortius; liquis eam impugnare pro-  
 " ponit,

“ ponit, vires atterat necesse est, velut si  
 “ cœlo bellum meditetur inferre. Ecclesiam  
 “ vincere nulla vis potest; Deus est in Ec-  
 “ clesia, qui est omnibus fortior „. — *S.*  
*Hilodus Pelusiota Lib. I. Epist. 238.* inquit:  
 “ Per Inferi portas Divinus sermo impiorum  
 “ hominum cœtus, atque Hæresum blas-  
 “ phemias intelligit; quibus omnibus ob-  
 “ sistens Dei Ecclesia eas quidem frangit &  
 “ expugnat, ab iis autem vinci non potest,

Audiamus & Patres *latinos* similiter de  
 Ecclesia perorantes. Sic *Tertullianus Lib. de  
 Præscript. Cap. XXI.* ait: “ Quid autem præ-  
 dicaverint (Apostoli) id est, quid illis Chri-  
 stus revelaverit, & hic præscribam non  
 aliter probari debere, nisi per easdem Ec-  
 clesias, quas ipsi Apostoli condiderunt,  
 ipsi eis prædicando tam vivâ, quod ajunt,  
 voce, quam per Epistolas postea. Si hæc  
 ita sint, constat proinde omnem doctrinam,  
 quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis matri-  
 cibus & originalibus fidei conspiret, ve-  
 ritati deputandam, id sine dubio tenen-  
 tem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apo-  
 stoli à Christo, Christus à Deo accepit.  
 omnem verò doctrinam de mendacio præ-  
 judicandam, quæ sapiat contra veritatem  
 Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi,  
 & Dei „. — *S. Hilarius de Trinitate Lib.  
 VII.* adpositè dicit: “ Hoe enim Ecclesiæ  
 proprium est, ut tum vincat, cum laedi-  
 tur; tum intelligatur, cum arguitur; tum  
 “ ob-

" obtineat, dum deseritur." — *S. Hieronymus* in *Dialogo adv. Luciferianos* inquit: " Po-  
 " teram omnes propositionum rivulos uno  
 " Ecclesiæ sole siccare. — Item: Etiamsi  
 " Scripturæ Authoritas non subesset, totius  
 " orbis in hanc partem consensus instar  
 " præcepti obtineret, . . . — *S. Augustinus Lib.*  
*contra Epist Fundamenti Cap. V.* dicit, "Ego  
 " verò Evangelio non crederem, nisi me  
 " catholicae Ecclesiæ commoveret Authori-  
 " tas, . . . Et *Lib. de utilitate credendi Cap. XVII.*  
 " Ecclesiæ nolle primas dare, vel summæ  
 " profectò impietatis est, vel præcipitis ar-  
 " rogantiæ, . . . Denique de *Symbolo ad Ca-*  
*techumenos Serm. I. Cap. VI.* " Ipsa est  
 " Ecclesia sancta, Ecclesia una, Ecclesia vera;  
 " Ecclesia catholica contra omnes Hæreses  
 " pugnans. Pugnare potest; expugnari non  
 " potest. Hæreses omnes de illâ exierunt  
 " tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa.  
 " Ipsa autem manet in radice suâ, in vite  
 " suâ, in charitate sua: Portæ inferorum  
 " non vincent eam, . . . Ita Augustinus pro mo-  
 re suo egregie. — Tandem præter complu-  
 res alios *S. Gregorius magnus Lib IX. in Job.*  
*Cap. VI.* inquit: " Sancta Ecclesia perlec-  
 " tiones iniquorum sine cessatione tolerat,  
 " sed tamen usque ad mundi terminum sine  
 " defectu perdurat; quis tunc sancta Eccle-  
 " sia valentius in veritatem reficitur, cùm ar-  
 " dentius pro veritate fatigatur,



Ex adlatis nunc atque in medium positis tantis pro infallibili judicio Ecclesiæ in Controversiis fidei & morum tum ex S. Scriptura, tum ex Traditione, tum ex notis veræ Ecclesiæ, tum ex Ratione intrinseca postulatis momentis, imbecille & insipidum, quod nonnulli Heterodoxi hoc loco intrudere conantur argumentum de circulo vitioso per se collabitur penitusque explosum est.— Sanè, contra Protestantes spiritum privatum pro judice harum Controversiarum statuentes argumentum de circulo vitioso rectè urgenter, utpote qui nudè ex scriptura spiritum privatum, & discretionem scripturæ ex spiritu privato postulant.

Nemo igitur catholicorum in dubium vocare ausit, quod Ecclesia sit infallibilis iudex Controversiarum in fide & moribus, quodque illi pro Hæreticis habendi sint, quos universalis Ecclesia damnavit ac declaravit quæ tales. Notum est profectò, quod à tempore Apostolorum usque ad nos pro Hæreticis à Catholicis semper habití sint, qui errores contra Fidem ab Ecclesia clarè & perspicue damnatos pertinaciter defendere non sunt veriti: unde inter Hæreticos semper numerati sunt Simoniani, Gnostici, Valentiniani, Marcionitæ, Montanistæ, Manichæi, Novatiani, Donatistæ, Ariani, Macedoniani, Nestoriani &c. Constat insuper, quod plurimi Martyres prò defensione Dogmatis clarè ab Ecclesia decisi minimè ducaverint sanguinem & vitam profundere.

## §. IV.

*An Ecclesia etiam sit infallibilis in decisione facti dogmatici.*

**A**d statum quæstionis hujus rectè intelligendum, ante omnia notandum est, quod *facta* alia sint *pure talia*, seu cum nullo jure connexa: uti dum quæritur, an re ipsa factum sit, quod v. g. *Cornelius Jansenius Ippenfis* librum scripserit, sub hoc præfixo titulo: *Augustinus* &c. Et quod quoad præsens *facta* alia sint *dogmatica*, seu nexa cum jure, ita, ut ex horum negatione factorum sequatur negatio juris sive dogmatis: veluti dum quæritur, an *Doctrina Jansenii*, prout in famosis quinque ejus propositionibus continetur & exprimitur, sit hæretica.

Dum itaque quæritur, an Ecclesia sit infallibilis in decidendis quæstionibus facti, consequitur, quod sermo non sit, de *factis* *juris*, v. g. an *Jansenius* eum scripserit librum, aut quid circa illas propositiones in sola mente habuerit; sed quod procedat quæstio de *factis dogmaticis*, an v. g. propositiones illæ, quæ *Jansenio* tribuuntur, prout ab eodem concinnatae leguntur & expressæ, in totâ suâ serie & texturâ, seu in exhibito systemate doctrinam contineant *Heterodoxam*, vel non. — *Jansenium* hic compello, quia occasione *Jansenitarum* controversia illa in galliis potissimum agitari cœpit.



pit Anno 1656. occasione declarationis emanatae ab Alexandro VII. Papâ, ratione sensus, quo damnatae à suo Prædecessore Innocentio X. Propositiones Jansenii damnatae fuerint. — Jansenistæ igitur hodie dum adhuc negant, Ecclesiam esse infallibilem in decidendis factis dogmaticis, contendendo, eam judicio certo & infallibili statuere non posse, sensum unius, aut plurium propositionum, prout ille eruitur ex totâ doctrinâ, libro, aut systemate alicujus authoris, v. g. Lutheri, Calvini, Jansenii, Quesnelli &c. heterodoxum esse, aut orthodoxum.

Quorsum illa colliment, nemini ignotum esse potest; collimant nempe ad planissimam aperiendam viam Hæresibus quibuscumque & utcunque venenatis, quin Ecclesia cursu earum retundere possit aut refrænare: in illud porro collimant, ut Potestas judicativa in causis fidei & morum Ecclesiæ, divinitus tributa sub fucato ac specioso titulo facta medio tollatur, aut saltem reddatur inefficax.

Decernendum est igitur, firmiterque tenendum, quod Ecclesia etiam sit judex in decisione factorum dogmaticorum, relatè quoque ad intentionem authoris, prout intentio isthæc ex prolatâ verborum expressione naturaliter innotescit: sanè quilibet id intendere censetur, quod clara ejus verba loquuntur. — Itaque Ecclesia in iis decernit infallibiliter, quæ ad conservandam veram fidem,

Idem, adeoque ad detegendas & aboliendas  
Hæreses sunt necessaria; ideo enim habet  
adstantiam spiritus sancti, ideo est colum-  
na veritatis: atvero si Ecclesia non esset in-  
fallibilis in dijudicandis factis dogmaticis  
sensu à nobis nunc proposito & explanato,  
neque veram fidem conservare, neque Hæ-  
reses detegere pollet atque comprimere;  
enimvero extunc sensum orthodoxum ab he-  
terodoxo infallibiliter distinguere non posset  
arque secernere; uti per se patet. Sed Ec-  
clesia, quæ non potest cognoscere & distin-  
guere infallibiliter quæ doctrina sensum ha-  
beat orthodoxum aut heterodoxum, verum  
aut falsum, divinum aut ab Hæreticis con-  
fictum, ipsa neque conservare potest veram  
fidem, neque convellere ac comprimere Hæ-  
reses.

### *Unde Cl. Sardagna Tom. II. Tract. III.*

*Art. II. Controv. V. §. CCXVII.* recte inquit:  
 « Si Ecclesia non esset infallibilis in adpro-  
 bandâ vel damnandâ doctrinâ, etiam re-  
 latè ad sensum authoris, possent libri hæ-  
 retici disseminari, ac fideles subverti, quin  
 Ecclesia huic malo mederi posset; omnes  
 enim Pontificiæ Bullæ, atque Ecclesiæ de-  
 creta facile eluderentur, dicendo: non  
 hunc esse sensum doctrinæ in libris illis  
 contentæ, quem ipsis Ecclesia falso af-  
 fingeret „.



Prosequitur ex post Cl. Author in fine  
 §. CCXVIII. in modum sequentem: "Ipsi  
 Janseniani fateri debent, Ecclesiam infal-  
 libilem esse in dignoscendo sensu singu-  
 lorum Patrum, quibus series traditionis  
 ostenditur, dum v. g. post accuratè dis-  
 cussa sanctorum Petrum Opera judicat  
 doctrinam de reali præsentia Christi in  
 Eucharistiâ contineri v. g. in scriptis SS.  
 Ignatii, Irenæi, Ambrosii, Augustini &c.  
 Neque enim Ecclesia judicare potuit, hanc  
 doctrinam ad nos profectam esse etiam  
 ex traditione, nisi prius particulari judi-  
 cio judicasset, ita Patres illos tradidisse.  
 Ergo si de sanâ, etiam de perversâ doc-  
 trinâ infallibiliter judicat relatè ad sensum  
 Authoris. *Claudius Pajot* Præco Calvinia-  
 nus in Galliis priori sæculo advertit, doc-  
 trinæ consequentiam à Jansenianis negligi;  
 ideoque in celebri concertatione, quam  
 habuit cum *Antonio Arnaldo*, authore Li-  
 bri de perpetuâ fide circa realem Christi  
 præsentiam in Eucharistiâ, ait: *Si tibi Ar-*  
*naldo licet de sensu Jansenii litigare post Ec-*  
*clesiæ definitionem; quidni licebit nobis de sensu*  
*Augustini, Chrysostomi, & aliorum disputare*  
*in nostra de reali præsentia disceptatione?*"

Potestatem infallibiliter judicandi de fac-  
 tis dogmaticis, de sensu librorum ac pro-  
 positionum à Christo tributam esse Ecclesiæ,  
 ipsa credidit semper & exercuit; quare etiam  
 non raro ippos heterodoxæ doctrinæ aucto-  
 res

res anathemare percussit: quis autem in causa tanti momenti, pro conservatione fidei & morum tantopere necessariâ, Ecclesiam erat adserere præsumserit?

Quod verò Ecclesia antiquissimis modo temporibus hanc exercuerit potestatem authoritatemque, patet ex solemnibus variorum Hæresiarcharum condemnationibus. Sic Concilium universale Nicænum sæculo IV. non solum doctrinam & blasphemias Arii, sed ipsam usque adeo personam illius condemnavit, et si Arius variis modis & effugiis causam suam defendere studuerit; quibus inadtentis dicebant Nicæni Concilii Patres in Epistola Synodica ad Ecclesiam Alexandrinam ac decernebant: Placuit Concilio, communibus suffragiis anathema denunciare & ei ipsi (Ario) & nefariæ ejus opinioni, & verbis sententiosisque execrabilibus, quibus usus est ad Filium Dei blasphemias onerandum.— Sæculo V. Pelagius cum discipulo suo Cœlestio in variis damnati similiter fuere Concilii; speciatim in Carthaginensi, Hierosolymitano, Diospolitano, in quo Pelagius fidem suam callidè occultare studuit, in Milevitano, Romano, Constantinopolitano &c. Eodem sæculo in Synodo Ephesina, quæ fuit oecumenica III. in qua S. Cœlestinus Pontifex vices suas commisit S. Cyrillo Alexandrino, damnatus est Nestorius, & denuo Pelagius. In hoc Concilio, cum lecta fuisset Epistola Nestorii ad Cyrilum, & inventa contraria fidei Nicænæ, Patres exclamaverunt: Non debet esse concilius nisi respondeat ad Nicænum. —



exclamarunt: *Omnia, quæ epistola hæc complectitur, cum fide Nicæna aperte pugnauit, suntque ab eadem omnino aliena: quare omnes, qui ita credunt, à recta fide alienos esse judicamus...*  
*omnes Episcopi simul clamaverunt: Quicunque NESTORIUM non anathematizat, anathema sit.*  
*Omnes Nestorii EPISTOLAM & DOGMATA anathematizamus... IMPIAM FIDEM Nestorii anathematizamus.* Eodem insuper sæculo damnata fuit in Concilio Chalcedonensi, quod est oecumenicum IV. Hæresis Eutichiana adserens unam duntaxat verbi incarnati naturam. —  
**Sæculo VI.** Synodus Constantinopolitana II. quæ fuit oecumenica V. in causa trium capitulorum, idest de scriptis Theodori Mopsuesteni, Theodoreti contra Cyrrillum, & Ibæ Edesseni Epistola ad Marim Persam, tria ista capitula condemnavit, & Collatione VIII. in modum loquitur sequentem: *In memoria tenentes promissiones de sancta Ecclesia factas, & qui dixit, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam, id est, Hæreticorum mortiferæ linguae; recordantes autem, & quæ per Oseam de ea prophetata sunt, in quibus dicit: Et sponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum.... Nos autem mandatum habentes, per doctrinam rectam exhortari populum... necessarium putavimus capitulis comprehendere & prædicationem veritatis, & Hæreticorum, nec non impietatis eorum condemnationem.*

Subjiciuntur extunc Canones. Et quidem **Canone XII.** sub finem dicitur: “Siquis

“ igitur defendit prædictum IMPIUM Theodo-  
 “ rum (Mopsuestenum) & IMPIA ejus conscrip-  
 “ ta, in quibus tam prædictas, quam innu-  
 “ merabiles alias blasphemias effudit contra mag-  
 “ num Deum & Salvatorem Jesum Christum; &  
 “ non anathematizat eum, & impia ejus  
 “ conscripta, & omnes, qui suscipiunt, vel  
 “ defendunt eum, & dicunt, orthodoxe eum ex-  
 “ posuisse; & qui scripserunt pro eo, vel impius  
 “ ejus conscriptis, & eos, qui similia illis sa-  
 “ piunt, vel aliquando sapuerunt, & usque  
 “ ad mortem permanerunt, vel permanent  
 “ in tali impietate, talis anathema sit „.

Et *Canone XIII.* “ Siquis defendit im-  
 “ pia Theodoreti conscripta, quæ contra rec-  
 “ tam fidem, & contra primam Ephesinam  
 “ sanctam Synodus, & S. Cyriillum, & duo-  
 “ decim ejus capitula exposuit, & omnia,  
 “ quæ conscripsit pro Theodoro & Nestorio  
 “ impiis,... talis anathema sit „.

Insuper *Canone XIV.* “ Siquis defendit  
 “ Epistolam, quam dicitur Ibas ad Marim  
 “ Persam Hæreticum scripsisse... Siquis igi-  
 “ tur memoratam impiam Epistolam defen-  
 “ dit, sed non anathematizat eam, & de-  
 “ fensores ejus, & eos, qui scripserunt,  
 “ vel scribunt pro ea, vel pro impietate,  
 “ quæ in ea continetur, & præsumunt eam,  
 “ defendere, vel insertam ei impietatem no-  
 “ mine sanctorum Patrum, vel sancti Chal-  
 “ cedonensis Concilii, & in his usque ad  
 “ mortem permanent, talis anathema sit „.

Denique condemnationem trium capitulo-  
rum ratam habuit Vigilius Papa in Epi-  
stola ad Eutichium Constantinopolitanum his  
verbis: *Prædicta itaque tria impia capitula ana-*  
*thematizamus. & condemnamus; scilicet impium*  
*Theodorum Mopsuestiæ unâ cum impiis ejus scrip-*  
*tis, & quæcunque impiè Theodoretus scripsit,*  
*atque etiam Epistolam, quæ dicitur ab Iba*  
*scripta fuisse, qua superius dictæ profanæ blas-*  
*phemie comprehendentur. Quin etiam quicun-*  
*que, qui crediderit, aliquo illo tempore ea ca-*  
*pitula debere suscipi, aut defendi, vel conatus*  
*fuerit hanc præsentem condemnationem subvertere,*  
*simili anathemati subjicimus.*

Recte tamen cum aliis advertit Cl. Sar-  
dagna Tom. II. Art. II. Controv. V. quod  
“ Equidem Romani Pontifices, cæterique  
“ rum Orientis, rum Occidentis Episcopi  
“ Schisma jam factum videntes à pertinabi-  
“ cissimis trium capitulorum defensoribus,  
“ dispensatione usi sint circa illos, qui tria  
“ capitula damnare recusabant, modò non  
“ vituperarent Ecclesiam, quæ illa damna-  
“ verat, nec eam errasse dicerent, aut tur-  
“ bas excitarent: & de Canonum rigore,  
“ ac disciplinæ severitate aliquid remiserunt,  
“ anathema latum à quinta Synodo ad tem-  
“ pus suspendentes, ut bonum Ecclesiasticae  
“ pacis curaretur. Atvero dispensationis elap-  
“ so tempore, posteaquam Afri, Illyriciani,  
“ aliique saniora edocti sunt, cum pauci  
“ tantum superessent trium capitulorum de-  
“ fensores,

“ fensores, summo jure cum ipsis regit Ec-  
 “ clesia, nec prius ipsos recepit ad commu-  
 “ nionem, quam professi fuissent se quintam  
 “ Synodum pari cum aliis quatuor cœume-  
 “ nicis veneratione suscipere, & tria capi-  
 “ tula condemnassent „.

### §. V.

*An Summus Pontifex sit judex Controver-  
 siarum fidei & morum?*

**Q**uòd, & qua ratione Ecclesia sive con-  
 gregata, sive dispersa sit judex infallibilis  
 Controversiarum circa fidem & mores hu-  
 cusque designavimus: ex quibus & resultat,  
 rectè distinguendum esse inter Ecclesiam *do-*  
*centem*, & *discentem*; non enim omnes Apo-  
 stoli, neque omnes Pastores & Doctores;  
 id est: Munus docendi, & infallibiliter de-  
 cernendi non pertinet ad universitatem ple-  
 bis, sed ad illos, quem & quos ad docen-  
 dum & instruendum cœtum fidelium Chri-  
 stus instituit: igitur alii sunt docentes, &  
 alii docendi, sive discentes.

Quoniam porro in emergentibus sub-  
 inde schismatibus, aut Hæresibus, ac doctri-  
 nis & propositionibus erroneis adire oportet  
 & audire judicem, qui controvèrsum di-  
 rimat, ac venenatos hujusmodi partus in  
 prima sua nativitate extinguat, ne matures-  
 centes ac majores indies vires suscipientes



ed difficilius enerventur & eradicentur, quin potius in fatalem stragem animarum longius serpant, ac plurima membra inficiant & perdant, hinc divinæ fuit consentaneum Providentiæ, Ecclesiæ suæ Regimen ita instituere, ut pro decernendis urgentibus hujusmodi causis judex opportunè conveniri, isque debitam ferre possit sententiam.

Cum igitur saepius tales suboriantur errores, quin Ecclesiæ Præsules, id est, quin Ecclesia sit congregata in universali & infallibili Concilio; cumque etiam tota Ecclesia dispersa tam subito consultari & audiiri nequeat, ac necessum est quandoque Hæreses nascentes, & schismata extingui; hinc quæritur, an ergo Summus Pontifex ex Cathedra loquens, sit judex infallibilis in decernendis iis, quæ ad fidem & mores pertinent?

Quandonam verò Summus Pontifex dicatur ex Cathedra loqui, dilucide expendit Cl. Veith, de Primatu & Infalibilitate Romani Pontificis, Sect. II. Posit. XIV. ubi ait: "Tunc Papa ex Cathedra loquitur, quando, tranquam universalis Pastor & Caput Ecclesiæ, circa fidei & morum quæstiones totam Ecclesiam, seu universos fideles alloquitur, eosque ad credendum propositum Dogma obligat, aut contrarium sentientes anathemate percellit. Ratio autem, cur tali casu Pontifex ex Cathedra loqui dicatur, est haec, quia tunc agit ex officio.

"cio ut Pastor Rectorque totius Ecclesiæ  
 " à Christo constitutus: proindeque in Cœq  
 " thedra Petri per legitimam successionem  
 " accepta, sedet & pronunciat sententiam  
 " definitivam, ut *publicus Doctoꝝ omnes*  
 " Christi fideles erudiens, & ad *adsensum*  
 " obligans. Hujus generis *dogmaticas* Defini  
 " nitiones edidere *Innocentius I.* & *Zosimus*  
 " contra *Pelagianos*, *Cœlestinus I.* contra *Ne  
storium*, *Leo I.* contra *Eutychetem*, *Agatbo I.*  
 " contra *Monothelitas*, *Leo X.* contra *Luthe  
rum* &c. Dixi primo, tanquam *universalis*  
 " *Pastor* & *Caput Ecclesiæ*: nam ut persona,  
 " vel *Doctoꝝ privatus* *absolutè errare* potest  
 " *Papa*. Dixi secundo, *circa fidei & morum*  
 " *quæstiones*; in aliis enim *quæstionibus*, uti  
 " etiam *puri facti* non *connexi cum jure*,  
 " falli potest „.

Hunc quæstionis statum omnino perspi  
 cuè etiam exponit atque rimatur *Cl. Author*  
*Febronii abbreviati*, speciatim in suo *Brevi  
culo Pag. 39. & seqq.* ubi statuit sequentia;  
 " Ecclesia in docendo & credendo est in  
 " fallibilis. Quod à toto cœtu fidelium fide  
 " divina credendum proponitur, certum &  
 " infallibile est. Verum his præsuppositis,  
 " nova exurgit quæstio: (*nempe*) si nova  
 " controversia in materia fidei oriatur: si  
 " ipsi Episcopi & Doctores inter se dissen  
 " tiant; imò si hæc lis inter ipsos Episco  
 " pos Pastores exurgat: si generale Conci  
 " lium non est congregatum, nec congre  
 " gari



"gari potest? ubi tunc residebit infallibili-  
 "tas? Quis erit judex Controversiae infal-  
 "libilis, cuius sententiae & judicio stare de-  
 "bemus? An Concilium? sed, ut dixi, non  
 "est congregatum, nec congregandum;  
 "quippe hujus congregationi non solum  
 "longior mora, sed & multa obstacula po-  
 "ni possunt. An consensus omnium Epis-  
 "coporum totius Ecclesiae? At jam aliqui  
 "inter se dissentunt; imò sic dissensus unius  
 "alteriusve jam infirmaret totam infallibi-  
 "litatem, & sic nullum unquam judicium  
 "erit infallibile. An consensum majoris par-  
 "tis? Hoc moraliter est impossibile. Num  
 "omnes in orbe Episcopi erunt intorro-  
 "gandi? Quis numerabit, ut tandem dig-  
 "noscat, cui sententiae major pars adhæ-  
 "reat? Et quis hunc consensum fidelibus  
 "certò annuntiabit? Quid, si plurimi Epis-  
 "copi errarent, uti factum in ipsis Con-  
 "ciliis Ariminensi, & Ephesino II.? Quid igi-  
 "tur restat? Nil nisi Cœrus fidelium, lai-  
 "corum, civium, rusticorum, mulierum &c.  
 "Sed horum utique est audire, non docere;  
 "credere (*id est discere*) non judicare; pasci,  
 "non pascere. En! quousque prolabimur?

"Profectò hæc omnia remedia pro fi-  
 "nienda controversia, & stabilienda doctri-  
 "na vel omnino moraliter impossibilia, vel  
 "saltem extraordinaria sunt: si Christus Ec-  
 "clesiae suæ bene consulere volebat, (con-  
 "tinuit

“ fuluit autem) ei providere debuit de me,  
 “ dio ordinario, certo, atque præsenti, ut  
 “ enatis controversiis semper prætò sit ju-  
 “ dex, cuius judicio stari deberet, ne plures  
 “ fideles in errorem inducantur, vel diu in  
 “ eodem detineantur. Omnis communitas  
 “ sibi provideret de mediis ad sui conserva-  
 “ tionem necessariis tum ordinariis, tum ex-  
 “ traordinariis. Putas, Christum minus pro-  
 et vidisse Ecclesiæ suæ, quam usque ad si-  
 “ nem mundi duraturam esse voluit?

“ Periculum non sat submovent, qui  
 “ dicunt, Ecclesiam perpetuò habere in-  
 “ fluxum & aduersitatem à Christo. Hoc qui-  
 “ dem verum est: adtamen hic influxus & ad-  
 “ sistentia sunt invisibles. Debet ergo cognos-  
 “ ci, per quem canalem iste influxus & ad-  
 “ sistentia in Ecclesiâ visibili operentur, atque  
 “ eo ipso necesse est, hunc canalem esse cer-  
 “ tum, semper præsentem, atque apertum.  
 “ Hunc canalem dicimus esse Primatum Petri,  
 “ atque Romanorum Pontificum, quando, ut  
 “ ajunt, loquitur *ex cathedra*, id est, ad to-  
 “ tam Ecclesiam, & ut ita dicam, cum totâ  
 “ Ecclesiâ. Non enim sic *solum* statuimus Pon-  
 “ tificem infallibilem, ut ejus qualiscunque  
 “ enunciatio aut adsertio pro infallibili ha-  
 “ beatur; siquidem ut homo privatus, ut  
 “ Doctor, ut Magister sua sensa promere  
 “ valet; sed quando ut Vicarius Christi, ut  
 “ Successor Petri loquitur, cui Christus suam

“ inædi-



et in ædificavit Ecclesiam, cui fidei depositum  
 commisit, cui in fide & doctrinâ omnes  
 suas oves pascendas tradidit, quemque  
 jussit confirmare fratres suos: nempe tunc,  
 quando exorto in Ecclesiâ dubio vel con-  
 troversiâ, facta prius diligentî inquisitione,  
 audito suo tum concilio domestico, tum  
 Episcopis & Ecclesiis, in quibus lis &  
 error gravatur, consulta quoque sacra  
 Scriptura & Traditione, vocem suam de-  
 promens ex alto judicat, statuit, docet,  
 definit, Atquin tunc non ipse solus loquitur  
 Pontifex, sed cum ipso loquuntur suum  
 concilium domesticum, Episcopi consulti,  
 quorum interest, & qui propius causæ  
 notitiam habent; denique cæteri per or-  
 bem dispersi Episcopi per adhæsionem &  
 communionem cum Romana Sede, qua-  
 cum in fide & doctrina tanquam cum  
 centro unionis necessariò conspirare de-  
 bent, & quia non habent causam dissen-  
 tiendi; ut adeo horum adsensus sit qui-  
 dem tacitus, adtamen moraliter semper  
 præsens, certus, & justè præsumptus. Ita verè  
 dici valet: Pontifex loquitur cum tota Ec-  
 clesia, & Ecclesia cum Pontifice, quin  
 necesse sit exspectare consensum reliquo-  
 rum Pastorum expressum atque futurum,  
 utpote qui, uti demonstravimus, morali-  
 titer impossibilis existit.

Porro

Porro cùm omni tempore schismata  
 enasci, ac Hæreses succrescere possint in  
 summum Ecclesiæ detrimentum, cum par-  
 ter ad malum istud gravissimum indilatè in-  
 digitandum, aut amoliendum infinita Christi  
 Providentia Ecclesiæ suæ media competentia  
 tribuisse credenda sit; cumque malum istud  
 neque debitè cognosci, nec efficaciter con-  
 velli possit, nisi in promptu habeatur tri-  
 bunal & judex comperens & infallibilis ve-  
 rum à falso eatenus discernendi, ut Iesus  
 judicio Fideles tutò acquiescere possint ac  
 debeant; cùm denique præter cathedram  
 Petri, ac summum Christi in terris Vicari-  
 rum, promptum hujusmodi tribunal, ac ju-  
 dex semper paratus adsignari non possit; hinc  
 rectè concluditur, Summum Pontificem in  
 decidendis definiendisque memoratis contro-  
 versiis esse infallibilem. — Protectò certa ra-  
 tione tenendum est, id Christum pro Ec-  
 clesia sua fecisse & instituisse, quod pro Ec-  
 clesiæ, & fidei conservatione maximè op-  
 portunum est, intò necessum: atverò per  
 judicem infallibilem Pro ingruente necessi-  
 tate paratum & expeditum, schismata re-  
 primi & Hæreses opportunum est atque ne-  
 cessarium: igitur dubitari non potest, quin  
 de hoc medio Christus Ecclesiæ suæ pro-  
 viderit. — Consequitur, quòd legitimus Pe-  
 tri successor, visibile caput Ecclesiæ, Sum-  
 mus iti terris Christi Vicarius, Pontifex  
 hempe Romanus sit quoque iudex infallibi-  
 lis in decidendis controversiis fidei & morum.

Quar.

Quare Cl. Keith loco superius citato ulterius ita prosequitur: " Ostendo, Papam  
 " jus & potestatem tuendi & conservandi  
 " unitatem fidei in Ecclesia universali non  
 " habiturum, nisi, subortis dubiis aut con-  
 " troversiis fidei, totam Ecclesiam, id est,  
 " omnes Fideles, tam Laicos, quam Cleri-  
 " cos, ipsosque Episcopos cogere posset ad  
 " Ad sensum *dogmaticis* suis adassertionibus  
 " praestandum. Quomodo enim sine hac vi  
 " coactiva tuebitur unitatem fidei, ut om-  
 " nes cum ipso idem sentiant & credant?  
 " Quomodo erit centrum unitatis fidei, si  
 " fidelibus ab hoc centro recedere & dissen-  
 " tire licitum sit? Certè antiquissima & per-  
 " petua Patrum traditio est, omnes fideles  
 " obligari, ut cum Cathedra Petri seu Ro-  
 " mano Pontifice in doctrina fidei & mo-  
 " rum consentiant. Sic S. Irenæus sæculo  
 " secundo Ecclesiæ scribit *L. 3. contra Hæ-*  
*" reses C. 3.* his verbis: *ad hanc enim Eccle-*  
*" siam loquitur de Ecclesia Romana parti-*  
*" culari) propter potentiorum Principalitatem*  
*" necesse est omnem convenire Ecclesiam, id est,*  
*" eos, qui sunt undique fideles: nimirum ne-*  
*" cessè est, omnes in doctrina fidei conve-*  
*" nire cum Ecclesia Romana; nam S. Ire-*  
*" næus hoc loco sibi probandum proposuit,*  
*" ex Romanæ Ecclesiæ fide & traditione*  
*" Hæreticos confundi; prout legenti totum*  
*" contextum patebit. S. Cyprianus sæculo*  
*" tertio Epist. 55. ad Cornelium ait: Neque*  
*" enim Hæreses abortæ sunt, aut nata sunt*  
*" schis-*

" schismata, quād̄ inde, quod Sacerdoti Dei non  
 " obtemperatur, nec unus in Ecclesiā ad tempus  
 " Sacerdos & iudex (nempe in rebus fidei &  
 " morum) vice Christi cogitatur; qui videlicet  
 " est Romanus Pontifex, utpote jure divino  
 " Vicarius Christi, & Pastor supremus Ec-  
 " clesiæ... S. Hieronymus sæculo quarto in  
 " Epistola ad Damasum Papam, de contro-  
 " versia, utrum in Deo dicendum sit tres  
 " Hypostases dari, scribens, ait: Ideo mihi  
 " Cathedram Petri & fidem apostolico ore lau-  
 " datam censui consulendam... vos estis lux mun-  
 " di, vos sal terræ... Ego nullum primum nisi  
 " Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Ca-  
 " thedræ Petri communione consocior: super illam  
 " Petram ædificatam Ecclesiam scio..... Qui-  
 " cunque tecum non colligit, spargit, hoc est,  
 " qui Christi non est, Anticristi est... Quam-  
 " obrem obtestor Beatitudinem tuam per Crucis-  
 " fixum, mundi salutem, per Homousion (seu  
 " consubstantialem, id est, habentem unam  
 " eandemque substantiam) Trinitatem, ut  
 " mihi epistolis tuis sive tacendarum, sive dicen-  
 " durum Hypostaseon detur authoritas. Taceo  
 " plura alia Patrum testimonia in hanc rem,  
 " quibus palam sit, omnes fideles obligari,  
 " ut in quæstionibus fidei & morum cum  
 " Sede Apostolicâ sentiant; nisi enim hæc  
 " obligatio daretur, omnes in ejusdem fi-  
 " dei unitate conservare, & ad idem secum,  
 " tanquam unitatis hujus centro, sentien-  
 " dum adigere: quod divus Hieronymus bre-  
 " viter ac distinctè enunciavit in Dialogo ad-



“ *versus Luciferianos num. 9.* his verbis: *Ecclesiæ salus in Summi Sacerdotis Dignitate pender; cui si non exsors quædam & ab omnibus eminens detur Potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quorū Sacerdotes „.*

Cum itaque Christus Dominus de mediis omnibus pro Ecclesiæ conservatione, ac Fidei integritate necessariis eidem interemeratæ spōnſæ suæ prouidisse dici à quolibet rectè sentiente debeat; cumque medium præmemoratum in omni consideratione spectatum penitus necessum sit ad schismata præpedienda, ac Fidei unitatem contra ingruentes Hæreses fātam tectam conservandam; nemo non videt, in hanc penitus convenientem esse sententiam ab omnibus, qui de infinitâ Christi Providentiâ recta sensa fovent.

Quare etiam *S. Thomas 2. 2. Q. 1. Art. 20.* inquit: “ *Ad illius Auctoritatem pertinet editio Symboli, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem majores & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referuntur, ut dicitur in Decret. Extr. de Baptismo Cap. Majores. Unde & Dominus Luc. XXII. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit, Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua. Et hujus ratio est, quia una fides debet esse totius Ecclesiæ secundum illud 1. Corintb. 1. Idipsum dicatur* ”

“ tis omnes, ut non sint in vobis schismata:  
 “ quod servari non posset, nisi quæstio fi-  
 “ dei de fide exorta determinetur per eum,  
 “ qui toti Ecclesiæ præest, ut sic ejus sen-  
 “ tentia à totâ Ecclesiâ firmiter teneatur;  
 “ & ideo ad solam auctoritatem Summi Pon-  
 “ tificis pertinet nova editio Symboli, sicut  
 “ & omnia alia, quæ pertinent ad totam  
 “ Ecclesiam, ut congregare Synodus ge-  
 “ neralem, & alia hujusmodi.”

Substratæ materiæ magis magisque enu-  
 cleandæ ac vindicandæ vel maximè adtem-  
 perata sunt ea, quæ *Antifebronius vindicatus*  
*Part. II. Diff. V. Cap. II. Pag. 322, 8<sup>o</sup> seqq.*  
 adpositè pulchrèque refert: “ Ea tantummo-  
 “ do conferamus, quæ in *Jansenii causâ à*  
 “ *Gallicanis Episcopis ad Romanos Pontifi-*  
 “ *ces Innocentium X. & Alexandrum VII.*  
 “ *perscripta* fuere. Epistola, quâ anno 1651.  
 “ ab *Innocentio* quinque *Jansenianarum propo-*  
 “ *sitionum damnationem petierunt, ab his*  
 “ *verbis inchoatur: Majores causas ad Sedem*  
 “ *Apostolicam referre SOLEMNIS ECCLESIAE MOS*  
 “ *EST, quem FIDES PETRI NUNQUAM DEFICIENS*  
 “ *perpetuo retineri PRO JURE suo postulat. Inno-*  
 “ *centius anno 1653. Propositiones confixit.*  
 “ *Eodem anno Episcopi ad Innocentium se-*  
 “ *cundò scripsere, gratulantes, quod PESTI*  
 “ *GRASSANTI ET CERTISSIMAM PERDITIONEM*  
 “ *ADLATORÆ obstitisset Summi PONTIFICIS inde-*  
 “ *fessum studium, 8<sup>o</sup> ex alto petita potestas,*

“ quæ SOLA acerrimam illam animorum collisionem compescere poterat.

“ Tum inter Innocentii I. ad Africanos de Pelagii erroribus Decretalem, & hanc Innocentii X. constitutionem institutam comparatione; Enimvero, inquiunt, vetustæ illius ætatis Ecclesia catholica solâ Cathedræ Petri communione & autoritate fulta, Pelagianæ Hæresis damnationi absque cunctatione subscriptis; perspectum enim habebat non solum ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro facta, sed etiam ex Actis priorum Pontificum... judicia PRO SANCIENDA FIDEI REGULA à summis Pontificibus lata. . . DIVINA ÆQUE AC SUMMA PER UNIVERSAM ECCLESIAM AUCTORITATE NITI.

“ Jansenii tamen adseclæ, ut meritum damnationis relum effugerent, communisci cœperant, neque illas propositiones Jansenii esse, neque in Jansenii sensu damnatas. Iterum ergo Gallicani Antistites anno 1654. ad Innocentium confugerunt, de Jansenianis querentes, quod è vetere fidei deposito, cuius custodia Cathedræ Petri à Christo concredita est, partem adimere tentarent.

“ Mortuo autem Innocentio, ad Alexandrum VII. ejus Successorem literas anno 1656. dederunt, in quibus quæ super Innocentii decreto acta fuerant referentes, eadem, inquiunt, alacritate illud suscipimus, “ qua

“qua Concilii Africani Patres ab ipsis experti  
 “tam Zosimi epistolam amplexi sunt; quæ Pe-  
 “lagii atque Cœlestii errores... PEREMTORIO DE-  
 “CRETO PROSTRAVIT.

“Ut æquissimis Gallicorum Præsulum  
 “in rem catholicam studiis Alexander satis-  
 “faceret, celebrem ad eos fidei formulam  
 “ab omnibus subscribendam misit. At Jan-  
 “seniani novas ordiri technas, ut inviam  
 “subscriptionem effugerent. Anno igitur  
 “1661. Episcopi aliis literis Romanum Pon-  
 “tificem consuluerunt. In his multa notatu-  
 “digna sunt. Ast postquam, inquiunt, supra  
 “montem illum, qui est in vertice montium,  
 “ascendisti, ut evangeliizares Sion, vox Domini  
 “in manu forti: quippe dedit Deus voci suæ  
 “vocem virtutis in tuâ Beatitudine, quæ locuta  
 “est sicut potestatem habens; clamavit, Et quasi  
 “tuba exaltavit vocem suam ad retundendos om-  
 “nes impetus Jansemianæ sectæ... Nullum quippe  
 “novimus montem coagulatum, quam Apostoli-  
 “cum, ubi Doctrina cœlestis, sicut lac parvulis,  
 “bene autem valentibus tanquam solidus cibus  
 “ministratur. In hoc monte nos ipsi pascimur  
 “(ut ait Augustinus ad populum suum) pasci-  
 “mus vos, pascimur vobiscum, Et quia in eo  
 “Dominus docet, statuimus ibi secundum verba  
 “Tertulliani finem quærendi, stationem credendi,  
 “expunctionem inveniendi.... In te autem, ve-  
 “lut in Petri successore, nostrum omnium for-  
 “titudo firmata est.



“ Eodem anno Episcopi Encyclicam per  
“ Gallias epistolam direxere, qua Alexandri-  
“ na formula præscribebatur; ibi autem ani-  
“ madverterunt, has omnes turbas à ma-  
“ ligno spiritu excitatas fuisse, etsi post In-  
“ nocentii constitutionem, qua Jansenii pro-  
“ positiones utrū hæreticæ notabantur, nihil  
“ amplius supererat desiderandum, Janseniani  
“ Episcoporum studium artibus ac dolis elu-  
“ dere satagebant.

“ Itaque Antistites anno 1663. aliis En-  
“ cyclicis literis *Alexandrinæ* formulæ sub-  
“ scriptionem ursere. In his porro literis  
“ Aviti Viennensis Episcopi ad *Hormisdam*  
“ Papam epistolæ meminerunt, in qua erga  
“ Pontificem omnes Galliarum Ecclesiæ ita  
“ comparatas esse adseverabant, ut quidquid  
“ in fidei causis ipsi decernere videretur,  
“ amplectendum sibi credendūque profite-  
“ rentur. Addunt, hoc esse præcipuum suæ  
“ ipsorum gloriæ caput, unde invicta eo-  
“ rum fides auctoritasque falli nescia eva-  
“ dat; utramque, si Religionis centrum ser-  
“ vent, indissolubili nodo conjunctam.

“ Quid, quæso! ad explicandam com-  
“ mendandamque Pontificis infallibilitatem  
“ istis disertius atque magnificentius? Anne  
“ enim ab omni erroris periculo atque adeo  
“ suspicione immunis non sit fides Petri, nun-  
“ quam deficiens ex alto petita potestas,  
“ quæ sola & animorum in rebus fidei col-  
“ lisionem

“ lisionem compescere possit, & judicia sua  
 “ absque cunctatione subscribi postuleret; qui  
 “ errores peremptorio decreto prosterpat in  
 “ quo det Deus voci suæ vocem virtutis;  
 “ per quem Doctrina cœlestis administratur;  
 “ in quo docente statuimus finem quærendi,  
 “ & stationem credendi, ut omnium forti-  
 “ tudo firmetur; qui cæterorum reddat in-  
 “ vietam fidem, auctoritatemque errori haud  
 “ obnoxiam? ”

Impetrare etiam à me non valeo, ut  
 omittam præclara quædam loca Cl Petri Bal-  
 lerinii in rem hanc maximè facientia: loqui-  
 tur autem is in libro suo singulari de vi ac  
 ratione Primatus Cap. XIII. §. I. n. 1. in mo-  
 dum sequentem: “ Traditionem exordiat ab  
 “ antiquissimo Patre, Martyre, & Lugdu-  
 “ nensi Episcopo S. Irenæo, qui Apostolico-  
 “ rum Patrum suppar & auditor fuit. Is in  
 “ libris, quos contra Hæreses pro catholica  
 “ fide scripsit, eximium de Primatu Roma-  
 “ næ Sedis testimonium ponens, hujus Pri-  
 “ matū vim in necessitate unitatis fidei om-  
 “ nibus christianis impositā veluti præci-  
 “ puam inculcat. Perspicuè nimirum de fidei  
 “ doctrina, quæ in Ecclesiâ Romanâ jam  
 “ inde ab Apostolis per summos Pontifices  
 “ sibi invicem succedentes traditur, Sermo-  
 “ nem faciens, affirmat imprimis bac doctrin-  
 “ ñam Hæreticos atque Hæreses detegi, atque re-  
 “ futari.



“ Maxime et antiquissime est omnibus eog-  
mitae a glorioſiſſimiſ duobus Apostoliſ Petro et  
Paulo Romae fundatæ et constitutæ Ecclesiæ  
eam, quam habet ab Apostoliſ traditionem,  
et eſt annuntiatam hominib⁹ fidem per ſuccesſio-  
nem Epifcoporuim venientem uſque ad nos, in-  
dicanteſ, confundiſimus omnes eos, qui quoquo-  
modo vel per ſui placentiam malam, vel va-  
nam gloriam, vel per coecitatem et malam  
ſententiā, præterquam oportet colligant. IRE-  
NÆUS Lib. 3. contra Hæres. Cap. 3.

“ Dein verò rationem adclarurus, cur ex  
hujus Apostolicæ Ecclesiæ potius, quam  
ex aliarum traditione ac fide Hæreticos  
& Hæreses dignoscendas atque confunden-  
das proposuerit, Primum ejusdem Ro-  
manæ Ecclesiæ proprium ad fert, cuius  
præcipuum jus illud declarat, ut cum eâ  
omnes undique catholicæ Ecclesiæ, in eâ-  
dem utique fide, convenire ſeu concor-  
dare debeant; ad hanc enim Eccleſiam, in-  
quit, propter potentiorēm Principalitatēm ne-  
ceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt  
eos, qui ſunt undique fideles: ut ſcilicet ex  
hac concordia ſeu unitate fidei cum fide-  
Romanā diſcernatur, quænam Ecclesia, vel  
quinam Christiani teneant veram fidem,  
veramque Christi doctrinam: alias, ſi qui  
discordent, eorum doctrina Hæreſi deputetur.”

Idem Author citato libro Cap. XV.  
S. VIII. n. 31. ponit ſequentia; “ Cum Ro-  
“ mani

mani Pontifices in controversiis fidei dog-  
 maticas definitiones promulgant, quibus  
 ex Primitus institutione ac officio unitati  
 fidei in tota Ecclesia prospiciant; illas S. Pe-  
 trus qui in ipsis vivit, per os eorum pro-  
 nunciat, & loquitur fidei veritatem, ac  
 judicia hujusmodi semper habita fue-  
 runt in Ecclesiâ veluti judicia ipsius  
 S. Petri, seu illa S. Petri fides, quam  
 Christus posuit Petram & fundamentum  
 Ecclesiæ. Non est autem hæc Petri, seu  
 successorum ejus fides fundamentum Ec-  
 clesiæ ex ipsius Ecclesiæ consensu, sed  
 per se se ex institutione Christi, quæ pro-  
 fectò exigit, ut illi absolute omnes adhæ-  
 reant, & consensum præstent bono uni-  
 taris, quæ in hac fidei petrâ tanquam in  
 centro formatur & continetur. Quid?  
 quod Christus, cùm Petri fidei commisit,  
 ut in periculis & dissensionibus circa fidem  
 confirmaret fratres, commisit, ut eos ad  
 adsensum cogeret, & in unitate contine-  
 ret; non verò cogendi vim ex eorum  
 consensu derivavit: aliás non commisisset,  
 ut ipse confirmaret fratres, sed ut ipsi,  
 si ei præstarent adsensum, se te confir-  
 marent. Idem itaque confirmandi manda-  
 tum, quod ex Primitus officio Romanos  
 quoque Petri successores adficit, à fratribus  
 & Ecclesiæ consensu cogendi vim ex-  
 spectare dici non potest „.

= = = = =

Denique idem Author Cap. XV. §. I.  
 n. 3. & 4. præsens argumentum ita concludit: "Quid autem ex his sequatur in eam  
 " sententiam de inerrantiâ & infallibilitate  
 " summorum Pontificum in definitionibus  
 " fidei, quam adversarii maximo conatu im-  
 " petunt & impugnant, quisque omni præ-  
 " judicio vacuus facile intelliget. Si enim  
 " Romani Pontificis jus præcipuum, pro-  
 " prium, & personale ratione Primate est  
 " jus cogendi omnes catholicos, totamque  
 " Ecclesiam catholicam ad eandem secum  
 " unitatem præsertim in fide; si hoc jus  
 " Petro tributum ob continendam & con-  
 " servandam fidei unitatem ratione Prima-  
 " tis, non debuit in Petro desinere, sed ad  
 " successores ejus transivit; si ob hujusmodi  
 " finem S. Petri fides à Christo polita fuit  
 " tanquam perra & fundamentum Ecclesiæ,  
 " cui tota Ecclesia incumberet & adhaereret  
 " unitate ejusdem fidei; si ob eundem si-  
 " nem Christus voluit, ut in periculis &  
 " controversiis fidei, quibus Dæmon cri-  
 " brare niteretur Christianos, Petrus suā fide-  
 " confirmaret fratres, seu contineret in ejus-  
 " dem suæ fidei unitate; si ob eundem si-  
 " nem & officium, quod etiam post Aposto-  
 " lorum mortem Ecclesiæ in perpetuum du-  
 " raturæ necessarium futurum erat, Petri  
 " fides ac doctrina fidei non debebat desi-  
 " nere in Petro, sed transire ad ejus suc-  
 " cessores, in quibus ipse semper vivens,  
 " ac per eorum os semper loquens & do-  
 " cens-

" cens veram fidem, hujus unitatem conti-  
 " neret; si hac de causâ Romanorum Pon-  
 " tificum fides habenda est uti fides Petri,  
 " & veluti ore ipsius Petri tradita, cui obe-  
 " dientia & obsequium etiam cordis præ-  
 " standum est; si hinc orta est illa præro-  
 " gativa Romanæ fidei peculiaris, quam om-  
 " nes profiteri necesse est, ut se Catholicos  
 " probent, & à qua qui absunt, minimè  
 " Catholici habiti, & habendi sunt; Roma-  
 " næ autem fidei nomine intelligitur Doc-  
 " trina non solum à Perro, verùm etiam à  
 " successoribus ejus tradita ac definita, quæ  
 " ratione Primatûs ad ipsos traducti eodem  
 " jure cogit omnes ad unitatem, ac cogebat  
 " fides Petri; & idcirco quod S. Irenæus  
 " dixit, necesse esse, omnes undique fideles  
 " convenire cum Romanâ fide, idem est,  
 " ac dicere, necesse esse, omnes convenire  
 " cum fide, quam Romani Pontifices ex of-  
 " ficio tradunt atque definiunt: si hæc, in-  
 " quam, & alia ejusdem generis, quæ ex  
 " præmissis fluunt, vera sunt, & consequen-  
 " ter verum est, dogmaticas eorundem Pon-  
 " tificum definitiones cogere totam Eccle-  
 " siam ad adsentiendum iisdem, & ad ejus-  
 " dem fidei unitatem omnino præstandam;  
 " quis non videat, ejusmodi definitiones de-  
 " bere esse infallibiles? Bossuetus Sermonem  
 " faciens de doctrinâ Ecclesiæ catholicae,  
 " hoc principium certissimum quarto loco  
 " ponit, non licere discedere ab ejus Ecclesiæ  
 " doctrinâ, idem esse aliis verbis, ac dicere, eam  
 " doctrinâ

172

ad doctrinam esse infallibilem. Similiter igitur  
ad fateri necessarium esse, convenire, & non  
deserere unitatem cum definitionibus, seu  
ad doctrinam fidei Romanorum Pontificum,  
idem est, ac fateri, hanc esse infallibilem.  
Enimvero siqua ejusmodi definitio esse  
posset erronea, Ecclesia, quae ad unitarem  
eiusdem fidei ratione Primatus cogitur,  
cogeretur ad adsentiendum errori, quod  
ex promissis Christi Ecclesiae factis est im-  
possibile. Vel ergo negandum est, Prima-  
tus jus præcipuum non respicere unita-  
tem Ecclesiae cum fide Petri & Successo-  
rum ejus, quod ex scriptura & traditione  
ipsi adversarii concedere ac fateri com-  
pulsi sunt: vel si hoc extra dubium est,  
definitionum, quae in unitatis bonum a  
Romanis Pontificibus prodeentes vi coac-  
tiva prædicta sunt, inerrantia in dubium  
vocari non potest. Videant ergo adverfa-  
rii, num cum laudatis principiis, quae ipsi  
quoque confirentur, cohæreant, quando  
concessis principiis inerrantiae seu infalli-  
bilitatis consequentiam cœroquin legitimi-  
tam ac necessariam impugnant.

“ Neque verò incohærentiam se decli-  
nare existunt, eòquod fateantur, necesse  
quidem esse omnes Christianos convenire  
cum fide Romanae Sedis seu Ecclesiae, quam  
erroris experiem & infallibilem agnoscent;  
non verò convenire etiam cum fide, quam  
definiunt Summi Pontifices, quibus tan-  
tummodo.

"tummodo infallibilitatem denegant, Hæc  
 "enim distinctio inter Romanam sedem aut  
 "Ecclesiam, & Romanos Pontifices, cum  
 "de doctrina fidei, & de jure cogendi ad  
 "fidei unitatem agitur, ex principiis jam  
 "constitutis ita refellitur, ut qui eam ob-  
 "trudunt, cum iisdem principiis per ipsos  
 "quoque concessis haud concordantes, in  
 "idem incohærentiæ vitium recidant, quod  
 "vitare contendunt. Enimvero cur, rogo,  
 "necessarium esse fatentur, omnes Christia-  
 "nos convenire, seu unitatem servare cum  
 "Romanæ Sedis & Ecclesiæ fide, hancque  
 "prærogativam soli Romanæ, & nulli alii  
 "particulari Ecclesiæ vel sedi attribuunt?  
 "utique propter potiorem Principalitatem re-  
 "spondebunt cum S. Irenæo, id est, prop-  
 "ter Primatum ejus unius proprium, qui  
 "quidem ob unitatem potissimum fidei con-  
 "servandam institutus, vi cogendi prædi-  
 "rus ipsam necessitatem conveniendi in fide  
 "omnibus verè Christianis imponit. Quæ  
 "autem vis ac prærogativa Romanæ Sedi  
 "aut Ecclesiæ propter Primatum conce-  
 "denda est, Romanis Pontificibus competit,  
 "in quibus tantum est tota ratio Primate,  
 "ita, ut neminem in eo consortem aut  
 "coadjutorem requirat.... Fides ergo Ro-  
 "manæ Sedis vel Ecclesiæ, quæ eam con-  
 "veniendi necessitatem adfert ratione Pri-  
 "matūs, alia non est, nisi fides à Romanis  
 "Pontificibus tradita, & in unitatis bonum,  
 "cum opus est, ex ejusdem Primate offi-

«cio ac jure definitâ. Qui igitur apertissimis traditionis testimo niis convicti , necessarium fatentur convenire cum Romanæ Sedis seu Ecclesiæ fide, necessarium quoque fateri debent cum doctrinâ fidei à Romanis Pontificibus propositâ seu definitâ convenire, ac propterea infallibilem agnoscant oportet eam, quam eidem propontunt definiuntque doctrinam fidei, quæ eadem est ac Romanæ Sedis & Ecclesiæ doctrina ac fides, cum qua totam Ecclesiam convenire necesse est. Siquis adversariorum in hoc adhuc repugnet, quomodo cum concessis principiis concordet non video „

## CAPUT IV.

*De nexu inter Ecclesiam, & civile imperium.*

### §. I.

*Generalis notio hujus objecti.*

**C**uiilibet à præventionis ac partialitatis studio immuni manifestè adparer ex iis omnibus, quæ hucusque pro sanctâ Dei Ecclesiâ retulimus, argumentis atque momentis, quod Ecclesia (aliter ac passim sentiunt Protestantes) sit status inæqualis, status sacer à politico

litico omnino distinctus, denique status *divino* speciarim *jure institutus*, ita, ut sacre  
hujus Reipublicæ Regimen atque Guberna-  
tio per veram jurisdictionem spiritualem &  
ecclesiasticam ab ipso Christo Domino con-  
creda fuerit Petro, ac reliquis Apostolis,  
& horum sub debitâ mensurâ ac subordi-  
natione Hierarchicâ successoribus.

Illud sacræ Potestatis depositum Recto-  
ribus Ecclesiæ *jure divino* traditum nec im-  
mutare ipsi, minus in manus alienas trans-  
ferre possunt; quin eoipso fixos à Christo  
limites infringant & excedant. Habet Eccle-  
sia jura sua spiritualia, habet & civile Imperium  
jura sua politica; quin tamen pars  
una in jura partis alterius involare ausit.  
Deo, quæ sunt Dei, Cæsari, quæ sunt Cæ-  
sariorum, ex ipsa Christi sententiâ tribuenda  
sunt.— Utramque porro Potestatem, si de-  
bitè exerceatur, miro modo conciliari, &  
cum summâ utilitate reciprocâ vigere in so-  
cietate humana, nemo rerum expertus, ani-  
mique candorem suis in præcordiis fovens  
inficias ire potest.— Quodsi privati quidam  
hincinde irrepserint abusus, animo recolen-  
dum est illud vulgatum: *Tollatur abusus, &*  
*maneat usus.*— Itaque Rectores Ecclesiæ quæ  
tales non nisi in causas ecclesiasticas, & im-  
perantes civiles in causas politicas Potesta-  
tem respective suam exercere valent.



De scriptoribus illis, qui adsentationibus commoti, uni aut alteri parti Potestate adjudicarunt incompetentem, *Cl. Zallinger L. V. J. E. P. Cap. VI. §. CCCLXIV.* sequentia dicit: "Siqui olim Doctores ultra justos limites amplificasse sacram Ecclesiae Potestatem censendi sunt; potiore certe jure adfirmabimus, hodiernos scriptores non paucos in eadem Potestate seu arctandâ, seu atterendâ ira versari, ut nihil prope, nisi *inane Potestatis simulacrum* Ecclesiae relinquant: vim omnem ac facultatem eâ utendi in manus Principum politicorum transferant. Nec verò, cum Catholicos se non pauci profiteantur ex illorum numero, aperte sacrilegi sunt; sed vias obliquas & anfractus irruendi in sanctuarium, nempe obtentus nexusque consingunt tot ac tantos, ut nesciam, quæ causa sacra ac spiritualis, quodve negotium ecclesiasticum excogitari possit, in quo non totum pene à politicâ Potestate pendere debeat, quidquid ab ecclesiastica cernendum & conficiendum erat ,".

Et §. subsequente addit sequentia: "Ecclesiæ Potestatem esse supremam in suo genere, atque à politicâ Potestate independentem verbis non negant, qui catholico nomine censeri volunt, neque iam *Puffendorfianum spectrum* de repugnantiâ statutis in statu producunt, ab ipsis Protestantibus nunc quidem explosum. Nihilominus

« nus illud perpetuò ingerunt tanquam certissimum juris ecclesiastici principium: Ec-  
 « clesia in statu est, (civilis) non ē contrario statu in Ecclesia. Sed animadverte: Non vi-  
 « deo, quomodo id dictum conciliari queat  
 « cum obviis ideis *de toto & parte, de priori ac posteriori.* Ecclesia una est & catholica,  
 « multoque latius diffunditur, ac quivis ci-  
 « vilis status: igitur status, nempe id, quod  
 « minus est, nec nisi pars Ecclesiae univer-  
 « salis, in Ecclesia est, non contra. Dein  
 « Ecclesia supra fundamentum Apostolorum  
 « & Prophetarum ædificata, omnem civilem  
 « statum, qui nunc quidem est, antiquitatem  
 « superat; unde status in Ecclesiâ condi de-  
 « buerunt, non Ecclesia in statu Sanè Prin-  
 « ceps, qui hunc civilem statum repræsen-  
 « tat, per Baptismum Ecclesiam ingreditur,  
 « non Ecclesia Principem „.

Et paulò post, interjectâ nimirum atque explanatâ hypothesi, subneçtit: “Nihil ergo ex ancipiti hac, seu potius falsâ sententiâ: Ecclesia est in statu, legitime concludi potest contra jura Pontificatus sacræ, nisi cum Protestantibus *systhema territoriale* concludere quis velit, illudque efficere, quod ipsis nunc Lutheranis displicet: *Cujus est Regio, illius est Religio* „.

## §. II.

*Specialior memorati nexus discussio.*

**S**tatus civilis notionem, originem, auctores, potestatem & finem in jure naturæ publico diffusè satis & clarè exposuimus. Similiter ex jure ecclesiastico publico hucusque explanato ad sufficientiam summamque perspicuitatem innoscit, quis Statūs ecclesiastici sit auctor, quæ statūs hujus natura, qualis in eo jurisdictione vigeat, quosque respiciat fines. Quæ quidem singula si ultro citroque considerentur ac comparentur inter se, quemlibet oppido convincunt, quod lata sit distinctio inter statum *civilem*, & *ecclesiasticum*; quodque hac inadtentâ diversitate statūs, nihilominus optimè cohæreant inter se, hominesque tum ecclesiasticis, tum civilibus legibus deditos ad æternam ac temporalem felicitatem perducant.

Ad fines istos consequendos singularis potestas cum mediis propriis & ad communitatis tributa est Ecclesiæ Præsulibus ac Rectoribus; specialis itidem & distincta unà cum mediis ad pertinentibus concessa est Reipublicæ politicae imperantibus ac moderatoribus: ita quidem, ut Respublica tam sacra, quam civilis inter præfixos limites confitere debeat: cui quidem obligationi si pars utraque satisfaciat integrè & ex officio, concordia & pax inter Ecclesiam & Imperium

florescit, fovetur ac consolidatur, publica ac mutua tranquillitas conservatur, populorum salus paratur, ac iustitia & pax se se mu-ruo exosculantur tum pro Ecclesiæ, tum pro Imperii consolatione, & bono maximo: dum ē contra ex infausta collisione mala subsequuntur non satis deploranda, rotique societari humanæ exitialia. Religionis & Ec-clesiæ leges civile imperium minimè labefactant; quin potius idipsum erigant atque corroborent: & leges civiles rectè institutæ sunt Ecclesiæ suffulcimenta. Priores à solâ Potestate sacrâ dimanare possunt; posterio- res verò ē jurisdictione civili descendunt. Igitur potestas legislativa *sacra* neutiquam Imperantibus politicis, sed solis Ecclesiæ Præ- sulibus competere potest ex ipsâ juris divini constitutione, veluti in decursu uberior ex- planabitur, simul atque ex perpetuâ & non interpolatâ Ecclesiæ praxi.

Quocirca Cl. Bertrandus Erdt in sua Dis-  
sertatione de Ecclesia Christi regnante §. XI. n. 4.  
ita differit: "Post ascensum Christi sacrum  
" Ecclesiæ Imperium actu exercuerunt Apo-  
" stoli, exercuerunt quoque post deceplum  
" Apostolorum horum Successores S.S. Pon-  
" tifices, & Episcopi. Et quidem utrique  
" semper independenter à Principibus poli-  
" ticis; imò his contradicentibus, prohiben-  
" tibus, atrocissima tormenta mortemque  
" minantibus ac inferentibus, prout actus  
" Apostolorum, horum epistolæ canonicae,  
" atque



"atque historia ecclesiastica abundesite stan-  
 "tur. Nempe per tria prima saecula Eccle-  
 "siae plurima non localia solum, sed natio-  
 "nalia quoque Concilia, in causâ Paschatis,  
 "Baptismi Hæretorum, Montani &c. coe-  
 "gere Præfules, non Principes Dispensa-  
 "tiones homicidis, & moechis concessere  
 "Pontifices, non Reges excommunicati  
 "sunt Hæretici à Præfulibus, non à Prin-  
 "cipibus electi sunt, aut depositi Episcopi  
 "cum *Paulo Samosateno* & aliis à Pontifi-  
 "bus, non ab Imperantibus politicis pau-  
 "cis: totum Regimen externum Ecclesiæ  
 "erat penes Pontifices, & Episcopos, non  
 "Reges. Sed neque postquam Ecclesiæ chri-  
 "stianæ nomen dederunt Christique legem  
 "amplexi sunt Principes, pristinum jus  
 "Episcopis abrogatum est; posteriores quip-  
 "pe sub *Constantino magno* successerunt æquè,  
 "ac eorum antecessores invicem, atque jura  
 "Apostolorum sacra dirigebant eam dignitate  
 "& potestate, quæ à Christo, & Apostolis  
 "in ipsos propagata erat."

### §. III.

*Eadem causa ulterioribus constabilitur  
argumentis.*

Constat ex anterioribus in decursu operis  
 in medium adlati momentis, fide divinâ cer-  
 tum esse, quod una, sancta, catholica, &  
 aposto-

apostolica existat Ecclesia, in qua vigeret Hierarchia divinitus instituta, infallibilitas discernendi, ac potestas regendi. Pariter ex aetate hucusque productis atque protractis elucescit, quinam illi sint, quibus praemorata sacra potestas a Christo tributa sit atque commissa; nimirum, non Reges, non Principes, non Magistratus; sed Apostoli, & horum legitimi Successores ii sunt, quibus regendi, solvendi ligandique in causis spiritualibus potestatem ille dedit, cuius arbitrio rectissimaque voluntate Ecclesia instituta, ejusdemque Pastores ac ministri deputati fuerunt.

Quare Cl. Author Antifebronii vindicatur  
Part. I. Diff. II. Cap. I. sub finem n. X. inquit:  
"An ergo credibile sit, Christum Ecclesiae  
"suæ tam male consuluisse, ut cum uno  
"illam spiritu agi voluerit, eam tamen lai-  
"ca potestatis, a qua tanta tamque peri-  
"culosa morum dissimilitudo metuenda erat,  
"arbitrio commiserit? Quanquam non his  
"opus est argumentis, cum Paulus quid  
"hac in re sentiendum sit, palam fecerit.  
"Deus, inquit ille I. Cor. XII. 28. in Eccle-  
"sia sua posuit primum Apostolos, deinde Pro-  
"phetas, tum Pastores, & Doctores. Ubi Re-  
"ges? Ii tamen nominandi erant, ac primo  
"quidem loco, nisi Paulus, cui Christi mens  
"perspecta erat, omnem eis in Ecclesiâ po-  
"testatem adimere voluisse. Invicto hoc  
"argumento utuntur Bellarminus, Schwarzius,  
"ac



ac Podiensis Antistes. Præiverat autem illis  
 San Joannes Damascenus, cuius hæc sunt  
 verba de Mag. Orat. II. Penes Imperatores  
 potestus non est, ut Ecclesiis leges sanciant.  
 Attende, quid dicat Apostolus: Quosdam qui-  
 dem posuit Deus in Ecclesia, primum Apo-  
 stolos, secundo Prophetus, tertio Pastores &  
 Doctores ad perfectionem Ecclesiæ non adiicit  
 Imperatores. Verbum locuti non sunt vobis  
 Reges, sed Apostoli & Prophetæ, Pastoresque  
 & Doctores... Tibi paremus, o Imperator!  
 in iis, quæ ad hujus saeculi negotia pertinent...  
 Verum ad res Ecclesiæ statuendas Pastores ba-  
 bemus, qui nobis verbum loquuntur, atque  
 ecclesiastica statuta tradiderunt ..

Audiamus etiam hoc loco illustriora va-  
 riorum Patrum in rem hanc effata ac testi-  
 monia. Sic magnus ille Osias Cordubensis  
 Episcopus Constantium filium Constantini ab  
 Ariani seductum, & eorum persuasione ne-  
 gotiis ecclesiasticis se immiscentem graviter  
 monet his egregiis verbis: « Ne te misceas  
 rebus ecclesiasticis, nec nobis Episcopis,  
 Imperator! in hoc genere rerum eccle-  
 siasticarum præcipe, sed ea potius à nobis  
 disce. Tibi Deus imperium tradidit, no-  
 bis ecclesiastica concredidit. Ac quemad-  
 modum, qui tibi imperium surripit, Deo  
 ordinanti repugnat; ita metue, ne, si ad  
 te ecclesiastica pertrahas, magni criminis  
 reus fias. Reddite, scriptum est, quæ sunt  
 Cæsar, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

“ Ne-

“ Neque nobis igitur terræ mandare licet,  
“ neque tu adolendi habes potestatem.”  
*Apud S. Athan. in Epist. ad Solitarios.*

*S. Hilarius Lib. I. ad eundem Constantium* porro ita loquitur: “ Provideat & decennat Clementia tua, ut omnes ubique judices, quibus provinciarum administrationes concreditae sunt, ad quos sola cura & solicitude publicorum negotiorum pertinere debet, à religiosa se observantia abstineant; neque posthac presumant atque usurpent, ut putent, se causas cognoscere clericorum”

*S. Athanasius in Epist. ad solitarios de eodem Constantio inter alia sic loquitur:* “ Quare dum simulat ecclesiasticum se curaret Canonem, omnia contra Canonem agere molitus est... Quis Canon præcipit, ut et Palatio Episcopus mittatur? quis tradidit Comites... Ecclesiasticis præesse rebus?... Quandonam Ecclesiæ decretum ab Imperatore accepit auctoritatem?”

*Insuper S. Felix II. in Epistola ad Zenonem Augustum* ita differit: “ Puto, quod vobis sine ulla dubitatione sit utile, si Ecclesiam catholicam vestri tempore Principatus sinatis uti legibus suis, nec libertati ejus quemquam per iniurias ob sistere, quæ Regni vobis restituit potestatem. Certum est enim hoc rebus vestris esse salutare;



“ ut cùm de causis Dei agitur, juxta ipsius  
“ constitutum Regiam voluntatem Sacerdo-  
“ tibus Christi studeatis subdere, non præ-  
“ ferre, & sacrosancta per eorum Præfules  
“ discere potius, quàm docere; Ecclesiæ  
“ formam sequi, non huic humanitus se-  
“ quenda jura præfigere, neque ejus sanctio-  
“ nibus velle dominari, cui Deus voluit Cle-  
“ mentiam tuam piæ devotionis colla sub-  
“ mittere, ne, dum mensura cœlestis dispo-  
“ sitionis exceditur, eatur in Contumeliam  
“ disponentis ”, ut supra in scolai sibi  
“ Dénique S. Gelasius I. in Literis ad Au-  
“ stasum Imperatorem ita loquitur: “Duo sunt,  
“ Imperator auguste! quibus principaliter  
“ mundus hic regitur: Auctoritas sacra Pon-  
“ tificum, & Regalis potestas. In quibus tanto  
“ gravius est pondus Sacerdotum, quanto ma-  
“ jorem etiam pro ipsis Regibus in divino red-  
“ ruri sunt examine rationem. Nosti enim,  
“ Fili clementissime! quod licet præsideas  
“ humano generi dignitate, rerum tamen  
“ Præsulibus divinarum devotus colla sub-  
“ mittis, atque ab eis causas tuæ salutis ex-  
“ petis, inque sumendis cœlestibus Sacra-  
“ mentis, eisque, ut competit disponendis,  
“ subdi debere te cognoscis Religionis or-  
“ dine potius quàm præesse. Nosti itaque  
“ inter hæc ex illorum te pendere judicio,  
“ non illos velle ad tuam redigi volunta-  
“ tem. Si enim quantum ad ordinem per-  
“ sistinet publicæ disciplinæ cognoscentes im-  
“ enitis ”

“ perium

“perium tibi supernâ dispositione collatum,  
 “legibus tuis ipsi parent Religionis Antisti-  
 “res.... quo, rogo, te decet adfectu eis  
 “obedire, qui pro erogandis venerabilibus  
 “sunt adtributi mysteriis ,”.

Itaque imperantibus IN *Sacra* jus nullum  
 est: quid ipfis, quā *Advocatis Ecclesiæ CIRCA*  
*Sacra* competat, infra succinctius edicemus.

Prætensa quæ in contrarium adduci  
 facta solent, nil omnino juris evincunt; ve-  
 luti ex recensione præcipuorum, ad quæ  
 adversarii provocant, clare patebit. Sic in-  
 quiunt primo: *Constantinus* in causâ *Donati-*  
*tarum* judices dedit; ergo exercuit jus in-  
*sacra*. — Verūm facilis & promta est respon-  
 sio aliorum passim, & in specie *Cl. Erdt*,  
*§. VI n. 6.* nempe: *Constantinus* in causâ  
*Donatistarum* *Cæciliiano Episcopo Carthagi-*  
*nensi* gravissima crima imponentium judi-  
 ces dedit, iisque dum causâ cecidissent in  
 primâ instantiâ, alterum delegatum judicium  
*Episcoporum Arelate* concessit; ut refert  
*S. Augustinus Epist. 162.* Non quia jam necesse  
 erat, sed eorum perversitatibus cedens, ac omni  
 modo cupiens tantam impudentiam cobiberi &c.  
 Neutquam igitur judices dedit *Constanti-*  
*nus*, ut in *Episcopos* jurisdictionem exer-  
 ceret; sed ut suâ adstantiâ & protectione  
 turbas in utroque statu exortas, quibus se-  
 dandis impares erant *Pontifex*, & *Episco-*  
*pi*, compesceret, ac *Donatistarum* impuden-  
 tiam



tiam efficaciter refrænaret. — Citatus author  
 quoad aliud quoddam Constantini factum  
 breviter ita respondet: “Porro judicium,  
 “quod Constantinus Mediolani instituit, non  
 “iure sed facto institutum est; ideo postea,  
 “teste S. Augustino Epist. cit veniam prop-  
 terea petuit ab Ecclesiæ Præsulibus”.

Ajunt secundo: Varia Concilia generalia  
 ab Imperatoribus convocata fuerunt; ergo  
 & plana iterum est responsio, peos  
 convocasse antiquis temporibus Orientalia  
 Concilia non authoritativè & ex officio; id  
 enim est intimum Primarii Summis Ponti-  
 ficiis divinitus concessum; sed duntaxat sub  
 ratione majoris protectionis ac suffulcamenti:  
 unde etiam constat, quod tales convocatio-  
 nes consensus Pontificius aut antecesserit,  
 aut concomitatus, aut subsecutus fuerit. Ad-  
 dit citatus Erdt præclarè sequentia: “Porro  
 “cur olim tantæ fuerint partes Imperato-  
 “rum in convocandis Conciliis œcumenicis,  
 “ratio est: quia illis temporibus per con-  
 “tinua schismata, invalescentes Hæreses,  
 “aut alias oppressiones, Ecclesia quasi con-  
 “quassabatur; & Pontifices, utrū vellet,  
 “atque malo averuncando minimè sufficiebant.  
 “In hisce ergo malis suppressiendi pien-  
 “tissimi Principes potestatem indicandi Con-  
 “cilia sibi vindicarunt non ex proprio Regi-  
 “mimi jure, sed iure Protectionis: ut ordo  
 “indebitus seryaretur, tumultus & tumultates  
 “compescerentur, nomina tranquille pera-  
 “gerentur,

gerentur, Patrumque Canones & Decretis  
 illorum Potentia & Authoritate sustenta-  
 rentur. Ad Conciliorum nempe convoca-  
 tionem utraque potestas, ecclesiastica, &  
 civilis, concurrere potest: illa, ut per ca-  
 nones damnentur Hæreses, extinguantur  
 Schismata, Sacra decreta ad disciplinam  
 ecclesiasticam restituendam condantur: Hæc  
 verò, ut canonès & decreta in forensi ju-  
 dicio, vim legis, & effectum obtineant,  
 easque il per Imperii Provincias executionis  
 tradantur, Hæreticorum contumacia fran-  
 gatur &c. xij.

### §. IV.

#### *De protectione & advocatione.*

Constabilità nunc & evictâ causâ, quod  
 Imperantibus civilibus defectu sacrae juris  
 dictio spiritualis jus nullum in Sacra com-  
 petat; discutiendum profine restat, nam, &  
 quali jure gaudeant circa Sacra; id est, quid  
 ipsis ex munere advocati Ecclesiæ incumbat.  
 Securiorem in hac parte viam inire haud  
 poterimus, ac si ea, quæ magnum & acume-  
 nicum Concilium generale Tridentinum in hac  
 causâ proponit, pro regulâ spectemus &  
 normâ.

Quamobrem ipsa sanctissimum Concilium  
 verba in extenso referre juvat; sunt autem  
 sequentia: "Cupiens sanctam Synodus ecclæ-  
 " sticam

ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo  
 non solum restituī, sed etiam perpetuā  
 Ecclesiastica reclamā à quibusunque impedi-  
 mentis conservari, præter ea, quæ ab ec-  
 clesiasticis personis constituit. *Sæculares*  
 quoque *Principes* officii sui admonendos esse  
 censuit, confidens eos, ut *Catholicos*, quos  
 DEUS sanctæ fidei Ecclesiæque *Protectores* esse  
 voluit, jus suum Ecclesiæ restitui non tan-  
 cum esse concessuros; sed etiam subditos  
 suos omnes ad debitam erga Clerum, Pa-  
 rochos & superiores Ordines reverentiam  
 revocaturos; nec permissuros, ut officia-  
 les, aut minores Magistratus, Ecclesiæ,  
 personarum ecclesiasticarum immunitetem, Dei  
 ordinatione, & canonicis sanctionibus consti-  
 tutam, aliquo cupiditatis studio, vel in-  
 consideratione aliquâ violent; sed unâ cum  
 Ipfis Principibus debitam sacris Summorum  
 Pontificum, & Conciliorum constitutionibus  
 observantiam præsent. Decernit itaque &  
 præcipit, sacros canones, & Concilia ge-  
 neralia omnia, nec non alias Apostolicas  
 sanctiones in favorem ecclesiasticarum per-  
 sonarum, libertatis ecclesiasticæ, & contrar-  
 ejus violatores editas, quæ omnia præ-  
 senti etiam Decreto innovat, exactè ab  
 omnibus observari debere &c. „. Ss. 25.  
 Cap. XX. de Reformatione.

Quid his superaddendum? illud præpri-  
 mis forsitan, quod in fine jam citati capituli  
 ad pientissimos Principes adnectitur gravis-  
 simum

sumus his conceptum verbis moniti;  
 " Adeoque ea in re quisque officium suum,  
 " sedulò præstet: quo cultus divinus deo-  
 " exerceri, & Prælati cæterique clerici in  
 " residentiis & officiis suis quieti, & sine im-  
 " pedimentis, cum fructu & ædificatione po-  
 " puli permanere valeant,,.

Edocemur itaque & intelligimus, quòd  
 ipse Deus Principes voluerit esse *Protectores*  
*Fidei & Ecclesiæ; Protectores*, inquam, non  
*Judices.* — Sanctum istud *Protectoris officium*,  
 pientissimi Principes eò lubentius & effica-  
 cius exercere consueverunt, atque etiamnum  
 exercent, quò magis intelligunt & expe-  
 riuntur, civilis *Reipublicæ fundamenta* ion-  
 go tempore inconcussa manere haud posse,  
 si Religionis & Ecclesiæ destruatur ædificium;  
 vulnera enim Religionis vulnera quoque in  
 imperium esse civile, nemo non intelligit.  
 Curandum igitur omnimodè, ut sublatis è  
 medio quibusque incommodis atque impe-  
 dimentis, Ecclesia & Imperium arctissimis  
 copulentur nexibus, sicque mutua cohæsione,  
 mutua populorum salus, ac publica tran-  
 quillitas enascatur ac conservetur. Ecclesiæ  
*Dogmata, & Canones Principum Protectio-*  
*ne suffulti præstitutum efficacius faciliusque*  
*fortiuntur effectum, & à mortibus præser-*  
*vantur hostilibus; & leges imperii spiritu,*  
*viribusque Religionis roboratæ mirificam*  
*nanciscuntur efficaciam: adeoque nil pul-*  
*chrius, nil salubre magis, quam si Ecclesia*  
*im-*

imperio; & si Imperium Ecclesiæ dextram  
ponigat, & manu forti in manum fortis  
posita populorum salus tam æterna, quam  
temporalis promoveatur ac consolideretur.  
Intelligimus insuper ex allegatis sancti  
Concilii verbis, quod christianis Principibus  
incumbat cura, ne Ecclesiæ, & personarum  
ecclesiasticarum immunitas, Dei ordinatione,  
& canonicis sanctionibus constituta viole-  
tur. — Sanè, sicut imperii jura, veneranda  
que constitutiones immunes esse debent, in-  
violataeque relinqui ex parte Ecclesiæ; sic  
pariter ex parte Imperii jura Ecclesiæ cum  
suis adjunctis intacta manere debent & in-  
concupsa, imò conveniente Protectione suf-  
ficiuntur; ita nimirum, ut loquitur sancta Sy-  
nodus, ut *debita sacris Summorum Pontificum,*  
*& Conciliorum constitutionibus observantia præ-*  
*stetur: ex hac quippe neglecta observantia*  
*chaos magnum in utroque statu exurget.*

Intelligimus denique, ex mente sancti  
hujus Concilii plenissimum Principum  
operam in id quoque sedulò collocandam  
esse, ut *divinus cultus devotè exerceri, & Præ-*  
*lati cæterique Clerici in residentiis & officiis suis*  
*quieti, & sine impedimentis, cum fructu & aedi-*  
*ficatione populi permanere valeant.*

Devotum debitumque cultus divini exer-  
citium non solùm procurat animarum salu-  
tem, majoremque Dei exaltat gloriam; ve-  
rūm

rūm etiam Ecclesiæ, ipsique Republicæ singularissimum splendorem & decorum gaudit. Curandum est itaque sedulò, ut singulis, quæ ad insignis hujus cultus splendorem & exaltationem sive quoad personas, sive quoad res ipsas necessaria sunt & utilia, studiosè conserventur & amplificantur. Atque hoc sequè ac quodcumque aliud Protectionis & Adyocatiæ rectè ordinatæ studium Principes pientissimi pro ratione munieris sui sanctæ Dei Ecclesiæ impendere consueverunt.

### Hæc ad majorem Dei gloriam,

Sub patrocinio B. V. Mariæ, S. P. Francisci, & S. Antonii Paduani optimo animo scripta.

Subiecta animitus sint

### Censuræ sanctæ Matris Ecclesiæ.



Deo cunctum qepitudoce suscigat qivius exercitum non loquitur bloscenti summi tuis legi, misericordiae Dei exaltare gloriam; ac tu